



EXI

PS.

ROBERT

Soc

A. E. T

Pres

Handwritten
C

D.D.S

Alto ejus

Handwritten

Complect

Handwritten

D. G.

34



EXPLANATIO
IN
PSALMOS

AUTHORE
ROBERTO BELLARMINO

EX

SOCIETATE JESU,

S. R. E. Tit. S. MARIE in Via,

Presbytero Cardinali.

ex libris In *J. Cardier*
Compendium redacta.

&

D.D. Sodalibus Marianis

in Strenam oblata.

Ab

Alio ejusdem Societatis Sacerdote.

Classen Pars V.

Complectens Psalmos à 101. ad 125.

COLONIÆ,

i Römnerskirchen in Platea

D. G. V. xonicâ, 1764.

348

D. G. V. 348

2 fe



PS
Tibus, &
I. xii, cii
Domi efideri
Hinc titulu
repressionu in
vnia quala
vique pater,
vici, & eff
Dum. Eccl
ipm fanien
e nigris es,
v. 1. Do
lor meus ad
Peit grati
operandum
nubia tanq
petitiones.
lignus sim
idem repen
la vehement
iat in via,
vicia. Mult
perret, de
uis hec,
v. 2. No

❧ ○ ❧

PSALMUS CI.

Titulus, & argumentum: *Oratio pauperis, cum anxius fuerit, & in conspectu Domini effuderit precem suam.*

Hunc titulum habent omnes codices, qui & argumentum indicat. Est enim hic Psalmus formula quadam orandi, quâ uti poterit unusquisque pauper, & afflictus, cum valde anxius fuerit, & effundere voluerit precem suam ad Deum. Ecclesia hunc Psalmum numerat inter septem Pœnitentiales; & verè nullus pauperior, & miserior eo, qui indiget gratiâ Dei.

ψ. 1. *Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.*

Petit gratiam bene orandi, h. e. aptè ad impetrandum. Ecclesia hunc ψ, assiduè pronuntiat tanquam præparationem ad reliquas petitiones. Domine fac me sic orare, ut dignus sim exaudiri. Dein affectûs gratiâ idem repetit. *Clamor &c*, fac ut oratio mea sit vehemens clamor cordis, qui non deficiat in viâ, sed ad te in altissimo throno perveniat. Multa impediunt, ne oratio nubes penetret, defectus fidei, fiducia, humilitatis &c.

ψ. 2. *Non avertas faciem tuam à me, in*

A 2

quacun-

quacunq̄ die tribulor , inclina ad me aurem suam.

ψ. 3. *In quacunq̄ die invocavero te , velociter exaudi me.*

Prima gratia , & fons gratiarum est respici à Deo. *Non avertas &c.* , non projicias me à facie tuâ , ut sic magis , & magis in peccatis tabescam. *In quacunq̄ die tribulor* ; hæc est altera gratia , nempe agnitio turpitudinis , & miserix , quæ ex respectu vultûs Dei sequitur : tunc homo incipit supremum medicum invocare. Ait igitur : quodocunq̄ ex respectu gratiæ tuæ spiritum contribulatum gero , & inde clamo ad te , peto , ut benignè exaudias me , & quidem *velociter* , ne , si fortè tardaveris , non invenias , quem sanes.

ψ. 4. *Quia defecerunt sicut fumus dies mei , & ossa mea sicut cremium aruerunt.*

Ratio , cur petat *velociter* exaudiri : ne scilicet , nisi peccati vulnus velociter curetur , vitâ citissimè ad finem tendente , plaga fiat incurabilis. *Quia defecerunt &c.* , tempus vitæ meæ hactenus pertransiit instar fumi , & sinè dubio sic transibit , quod superest. *Et ossa* , quæ sunt quasi columnæ totius corporis , brevissimo tempore aruerunt,

runt, & debilitata brevi ruinam minantur.
Cremium est lignum, seu virgultum aridum, quod facillè cremari potest.

¶ 5. *Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.*

Pergit deplorare statum suum præteritum: à sole prosperitatis mundanæ percussus sum, ut fœnum, quod facillimè exarescit: & aruit cor meum, quia occupatus in curis hujus Mundi, oblitus sum comedere panem veritatis cælestis, qui propriè panis noster est, non communis cum bestiis.

¶ 6. *A voce gemitus mei, adhesit os meum carni meæ.*

Explicat dolorem vitæ præteritæ per fructus, & signa veræ pœnitentiæ, quæ sunt fletus, & jejunia. A continuo fletu obliviscitur caro comedere panem suum, & sic adherent ossa carni, seu pelli suæ, ut explicat S. Hieron.

¶ 7. *Similis factus sum Pelicano solitudinis; factus sum sicut nycticorax in domicilio.*

¶ 8. *Vigilavi, & factus sum sicut passer solitarius in recto.*

Addit ad fletum, & jejunia solitudinem, & vigilias, quæ propria sunt verè pœnitentium.

tentium. Nisi enim quis à frequentia hominum ad tempus se subducat, & seriò vigilans recogitet magnitudinem, & multitudinem peccatorum suorum, vix fieri potest, ut ea dignè desleat. Tres aves commemorat, quibus pœnitentem similem facit, *Pelicanus*, aliàs *Onocratulus*, avis est in solitudine degens. *Nycticorax*, alias noctua degit in domibus dirutis; unde dum legimus *ψ. 7.* In domicilio, supple diruto. *Passer solitarius* habitat quidem in domibus, sed in parte domus supremâ, ut magis supra domos, quàm in domibus habitare dicendus sit. Hæ tres aves significant tria genera pœnitentium. Alii loca omnino deserta petunt, ut *Maria Magdalena*, *Maria Ægyptiaca*, *Paulus primus Eremita*, *Antonius*, *Hilarion* &c. Et sicut *Pelicanus*, teste *S. Hieron.*, cum venenatis animantibus, & præcipuè serpentibus bellum gerit; sic *Anachoritæ* cum dæmonibus assiduè luctantur, & ex victoriis adversus eos quasi pascuntur. Alii pœnitentiam agunt intra civitates, sed in cœnobiis, & exiguis cellulis, quasi in tuguriis, & à mundo separati. Et sicut *Nycticorax* dicitur quasi nocte clamans, nempe ex timore: ita pœnitentiam

am

am agentes ex timore iudiciorum Divinorum magnam noctis partem in orationibus, & canticis spiritualibus consumunt. Alii demum, qui vel conjugati, vel officio publico fungentes, non possunt corpore ab hominum frequentia separari, velut passeres solitarii in tectis habitant, eminentes animo non solum super turbas, sed etiam super ipsas domos. Hi quidem in Mundo sunt, sed de Mundo non sunt, dum non subjiuntur opibus, honoribus, sæculi negotiis; sed ea sibi subjiunt, illis præsent, ea disponunt, dispensant, nec sinunt se ita capi, quin animus liberè in solitudine degat, & in cælis subinde versetur. Horum est proprium vigilare adversus tentationes & pericula sua, & suorum; prædicare super tecta, verbo, & exemplo iis, quibus præsent. Est hoc certò genus utilissimæ pœnitentiæ, in sublimi loco humilitatem servare; in amplis opibus sobrio victu, & tenui vestitu contentum esse, ut abundanter tribui possit iis, qui necessitatem patiuntur; in magnâ peccandi licentiâ corpus castigare jejuniis, & vitæ asperitate in servitute redigere; demum proximis ex cha-

ritate servire, eorum infirmitatibus compati, eorum molestias, & scandala sustinere.

v. 9. Totâ die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, adversum me jurabant.

Semper vita serîo pœnitentiam agentium displicet iis, qui in peccatis hærere volunt. Qui mihi erunt amici ob communia studia iniquitatis, jam mihi, in alterum hominem mutato, facti sunt inimici, & semper exprobrabant mihi hanc mutationem, quasi insipienter agerem: &, qui antea me laudabant, ut prudentem, & fortem focium suum, jam juramento inter se præsfito adversum me conspirabant.

v. 10. Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam.

Dat causam exprobrationis. Quoniam insipientiam putabant tantam austeritatem vitæ spontè susceptam: comedebam scilicet panem subcinericium, non excusso cinere; & inter bibendum vinum non lætabar, sed flebam ob memoriam admissæ offensionis Divinæ. Vel: cinere, h. est. actione pœnitentiæ reficiebam animam, ut panem refici corpus solet: & lacrimis sitim internam reconciliationis temperabam, ut aquâ, vel vino sitim corporis.

v. 11,

ψ. 11. *A facie iræ, & indignationis tuæ,
quia elevans allifisti me.*

Ideo cinerem manducabam &c. , & potum miscebam &c. , quia videbam iram , & indignationem tuam adversus me succensam ob peccata mea : hoc in dè agnoscebam , quia elevans me ex gratiâ tuâ ad maximam dignitatem amici , & filii tui , *allifisti* , de illâ dignitate dejecisti , ut nihil sani , vel boni in me remaneret , & sim factus servus rebellis , & fugitivus.

ψ. 13. *Dies mei sicut umbra declinaverunt,
& ego sicut fœnum arui.*

Signum , & pars quædam allisionis est hæc ipsa nostra mortalitas. Non solum ob delicta mea à te allisus sum , sed & ex communi allisione ob Adæ peccatum , dies mei transierunt , ut umbra insensibiliter , & continuo movetur , dum , sole cadente , penitus evanescat. Et qui creatus eram , ut semper sicut Palma virerem , allisus in mortalitatem , ut fœnum , exarui.

ψ. 13. *Tu autem Domine in æternum per-
manes , & memoriale tuum in generationem , &
generationem.*

Jam in personâ pauperis pœnitentis , post explicatam miseriam concipit spem recon-

ciliationis per Christum, quem prædicat, & alloquitur. Ego quidem, sicut fœnum arui; *Tu autem Domine, quem expectamus Messiam, in æternum permanes: & memoria tua propagabitur semper, quia semper per temporum successiones erunt, qui recordentur mirabilia opera tua.*

¶. 14. *Tu exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.*

Ideo memoriale tuum semper propagabitur, quia tu quoque non oblivisceris misereri populi tui, sed exurgens quasi à longo somno misertus advenies, & liberabis nos: quia in spiritu video, quòd propè sit, ut venias: imò in mente meâ jam venisti, quia rem futuram, ex certitudine luminis prophetici, cerno ut præsentem.

¶. 15. *Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus, & terra ejus miserebuntur.*

Jam prædicat Christi Apostolos. Quoniam iis, quos tibi in servos elegisti, placuit ædificatio novæ Jerusalem, placuit colligere lapides vivos, qui super fundamentum jam positum superædificarentur; & terram ipsam novæ Jerusalem fovebunt, & amabunt, ut mater infantem uteri sui fovet.

¶. 16.

v. 16. Et
 rous, & m
 Tac, a
 gentiles con
 ludo Non
 te omnes R
 timebunt et
 gun sedent
 tari judicis
 v. 17. I
 videtur in
 Ideo ge
 gloriam C
 tibus, jam
 portæ Infi
 lita videb
 cum omni
 cum pote
 v. 18
 non spera
 Ideo v
 quia resp
 orum, a
 tum, & i
 deo veniet
 gnum et
 v. 19.

¶. 16. *Et timebunt gentes nomen tuum Domine, & omnes Reges terra gloriam tuam.*

Tunc, cùm ædificabitur nova Jerusalem, gentiles convertentur, & timebunt timore sancto *Nomen tuum Domine Jesu Christe;* & omnes Reges pariter convertentur, & timebunt majestatem tuam, ut Regis Regum sedentis ad dexteram Patris, & venturi Judicis vivorum, & mortuorum.

¶. 17. *Quia ædificavit Dominus Sion, & videbitur in gloria sua.*

Ideo gentes omnes, & Reges timebunt gloriam Christi, quia, iis licet repugnantibus, jam ædificavit Ecclesiam suam, ut portæ Inferi prævalere non possint; & postea videbitur in gloriâ suâ, quando veniet cum omnibus Angelis, in nubibus cæli, cum potestate magnâ judicare sæculum.

¶. 18. *Respexit in orationem humilium, & non sprevit preces eorum.*

Ideo videbitur Filius Dei in gloria sua, quia respexit in orationem humilium Martyrum, aliorumque piorum servorum suorum, & non sprevit preces eorum, & ideo veniet judicaturus, & vindicaturus sanguinem eorum effusum.

¶. 19. *Scribantur hæc in generatione alte-*

ra, & populus, qui creabitur, laudabit Dominum.

Notentur hæc mysteria pro generatione olim futurâ : & populus, qui erit futuris temporibus, laudabit Dominum, cum viderit impleta, quæ tantò antea prædicta sunt.

ÿ. 20. *Quia prospexit de excelso Sancto suo: Dominus de Cælo in terram aspexit.*

Ideo populus novi Testamenti laudabit Dominum, quia Dominus de Cælo in terram aspexit, non otioso intuitu; sed ut de excelso fieret humilis, & in terris videretur, & cum hominibus versaretur.

ÿ. 21. *Ut audiret gemitus compeditorum, & solveret filios interemptorum.*

Ideo Dominus usque ad terram se humiliavit, ut de proximo audiret gemitus eorum, quos Dæmon captivos retinebat; & ut, audito gemitu, eos liberos dimitteret. Per *filios interemptorum* intellige filios veteris Adami, & Evæ, quos primos occidit serpentis astutia.

ÿ. 22. *Ut annuntient in Sion nomen Domini, & laudem ejus in Jerusalem.*

Venit Dominus salvare compeditos, & eruere de potestate tenebrarum, ut con-

versi

verſi ad Deum vivum, & verum, glorificent nomen Domini in Spirituali Sion, quæ eſt Eccleſia. *Et laudem &c.* Idem repetit.

ſ. 23. *In conveniendo populos in unum, & Reges, ut ſerviant Domino.*

Tunc illi laudabunt Dominum, quando populi nationum, antè per varias Idololatrias diviſi, & ipſi Reges eorum convenient in unum corpus Eccleſiæ, ut *ſerviant Domino.*

ſ. 24. *Respondit ei in via virtutis ſue, paucitatem dierum meorum, nuntia mihi.*

Hic ſ. obſcuriſſimus eſt, quoad verba, & quoad ſenſum. Sequor Em. Bellarminum: Dixerat Dominus Propheta: *Scribantur hæc in generationem alteram &c.* Vide ſ. 19. *Respondit ei* Propheta, cùm eſſet in via vitæ ſuæ robuſtiſſimæ: fac, ut intelligam, & ſeriò mihi perſuadeam, paucos fore dies vitæ meæ, ne fortè deceptus hoc flore ætatis, arbitrer me longiſſimam vitam habiturum, & rapiar hinc, quando minùs cogito, immaturus, & imparatus, & non pertineam ad populum, qui creabitur, & perpetuò te laudabit in Cæleſti Jeruſalem.

ſ. 25. *Ne revoces me in dimidio dierum meo-*

meo-

*meorum : in generationem, & generationem
anni tui.*

Quia dixerat : *Paucitatem dierum meorum
nuntia mihi*, addit orans : *ne revoces me de
curriculo vitu in medio cursu, quando mi-
nùs exspecto mortem, & me paratum non
invenires. Tum addit rationem : Anni tui,
Domini æterni sunt, & generationi, ac
generationi coexistunt sinè ullo fine : æqu-
um igitur est, ut hominem permittatis tam diu
vivere, quamdiu necesse est, ut bene moriatur.*

*ψ. 26. Initio tu Domine terram fundasti,
& opera manuum tuarum sunt celi.*

*ψ. 27. Ipsi peribunt, tu autem permanes,
& omnes sicut vestimentum veterascent.*

*ψ. 28. Et sicut opertorium mutabis eos, &
mutabuntur : tu autem idem ipse es, & anni
tui non deficient.*

Probat ratione theologicâ, solum Deum
esse æternum, quia ipse solus immutabilis
est : nam ipse idem semper manens muta-
vit cælos de non esse ad esse, & rursus mu-
tabit de esse ad non esse. A principio an-
tequam mundus esset, tu Domine eras, &
terram inferiorem Mundi partem, à fun-
damentis fecisti, non super fundamen-
tum aliquod præexistens posuisti. E-
tiam

tiam cælos , superiorem partem Mundi , non per Angelos , aut alios opifices , sed propriis manibus , h. e. tuâ potentiâ , & sapientiâ condidisti. *Ipsi peribunt &c.* h. e. si veterascerent cæli , & perirent , tu tamen idem maneres : vel sensu absoluto : cæli peribunt , seu mutabuntur mutatione accidentali , quoad motum stellarum , influxum caloris , generationes rerum inferiorum ; quo modo etiam terra peribit quoad productionem herbarum , animalium &c. *Et omnes sicut vestimentum veterascent* , consumuntur quoad externam figuram. Et sicut pallium aliquod vetus , removebis à cælis externum istum habitum , & novo indues ; tu verò nullo modo mutaberis , quantumvis longitudine annorum.

✿. 29. *Filii servorum tuorum habitabunt , & semen eorum in sæculum dirigetur.*

Descriptâ æternitate Dei , & Mundi consummatione , prædicit , in Mundo renovato participes fore æternitatis ejus *servos* , Patriarchas , & *filios* illorum , Apostolos , & *filios* Apostolorum , seu omnes pios Christianos : non quòd in futuro sæculo futura sit præpagatio filiorum , sed quòd ad beatam illam requiem perventuri sint omnes fideles

deles servi Dei cum omnibus posteris, qui eorum pietatem imitati fuerint. En lector, quò perducatur vera pœnitentia, quæ initio Psalmi descripta est: perducit enim ad æternam felicitatem cum Deo, sinè quâ peccator in æternis suppliciis mansisset cum Diabolo.

PSALMUS C. II.

Titulus, *Ipsi David.*

Argumentum: *Primò exponit beneficia Dei erga electos, tum in hâc vitâ, tum futurâ: deinde ostendit, unde veniant ista beneficia, & ad quos pertineant, nempe esse opera ineffabilis misericordie Divinæ erga timentes Deum, demum cum impar sibi videatur ad agendas gratias, ad hunc finem invitat omnes Angelos, imò omnes creaturas.*

Psalmus dulcissimus est, & ad fiduciam in Deum erigendam, & collocandam aptissimus; modò post actam de peccatis quantumvis gravibus pœnitentiam, Deum verè, & ex corde timeamus.

ÿ. 1. *Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt, nomini Sancto ejus.*

David piè credens, unum se esse de numero Electorum Dei, excitat ipse se in per-

Sex considerationes præcedentes operum Dei circaterram concludit exclamando primò in *excellentiâ operum* : Quàm sunt eximia, præstantia, & laude digna opera tua Domine ! secundò in *rationem* : Nihil in operibus Dei factum est temerè, casu; sed omnia facta sunt cum maximâ ratione, & judicio; nihil deest, nihil abundat, nihil est, cujus non sit ratio in sapientia Dei. Tertiò in *numerum* : Hæc opera tam eximia, non pauca sunt, sed ferè innumerabilia, ita ut terram omnem repleverint, quæque tu possides titulo productionis.

ψ. 26. *Hoc mare magnum, & spatiosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus.*

ψ. 27. *Animalia pusilla cum magnis, illic naves pertransibunt.*

ψ. 28. *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei: omnia à te expectant, ut des illis escam in tempore.*

Jam miratur sapientiam Dei ex mari, ejus amplitudine, utilitate &c. Spectandum præterea se offert *hoc mare*, quod est magnum profunditate, extensum latitudine. Illud *spatiosum manibus* metaphora est desumpta ab homine, cujus latitudo sumitur ab extensione

C

manu-

manuum, ut longitudo ejus est distantia capitis à pedibus, In mari tanta conservatur multitudo piscium, ut à nullo numerari possint. *Pusillacum magnis*, h. e. propè infinita piscium varietas. *Illic naves &c.* Admirandum opus Dei, quòd per elementum liquidum naves onustissimæ deferantur in tam ingens hominum commodum: hoc Dei opus est, quia dedit homini ingenium, quo naves aptè componeret; & aquis naturam, ut eas ferre possent. Imò & *Draco iste*, piscis major: & gravior omni nave, non solum pertransibit per aquas maris, sed etiam in illis ludet, huc, & illuc se circumvolvens. *Omnia à te &c.* tu tempore congruo admirabili ratione, & modo cibum procuras, unde animalia ista vivant.

ψ. 29. *Dante te illis, colligent, aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.*

ψ. 30. *Avertente autem te faciem, turbabuntur; auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum revertentur.*

Declarat fusiùs, vitam omnium animalium pendere à Deo. *Dante te, &c.* Si tu, movendo, & adjuvando causas secundas, dederis animalibus cibum ipsis congruentem, colligent, & indè vivent. *Aperiente te &c.* I-
dem

dem repetit, ut planè demonstret, sine Deo nihil valere terræ fecunditatem, & humanam industriam. Illud, *replebuntur bonitate*, significat *bona* ad vitam sustentandam necessaria. *Avertente* &c si quâ iratus desinas ea respicere favore tuo, & subtrahas auxilium, continuò turbabuntur, & quasi languebunt; auferes spiritum vitalem, quem eis dedisti; & redibunt in pulverem aridum, ac inani mem, ut antea erant.

ψ. 31. *Emittes spiritum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ.*

Prædicat potentiam Dei in resuscitandis animantibus quoad speciem, licet non resuscitet eadem in individuo excepto homine. Sicut auferendo spiritum vitalem, facis animantia perire; sic eum emittendo, facis nova *creari*, seu generari, & sic renovari faciem terræ, seu repleti animalibus.

ψ. 32. *Sit gloria Domini in sæculum: lætabitur Dominus in operibus suis.*

Concludit petendo, ut semper laudetur Dominus, non solum voce, sed etiam vitâ, & moribus servorum suorum: inde fiet, ut Deus semper lætetur in operibus suis, & non habeat occasionem dolendi, & pœnitendi, quòd fecerit ea.

¶. 33. *Qui respicit terram , & facit eam tremere , qui tangit montes , & fumigant.*

Dixerat, res creatas esse opera Domini; id breviter probat ex eo, quòd tanta est potentia ejus in res creatas, ut solo aspectu minaci terram concutiat, & solo contactu montes ardere faciat. Sic *Exod. 19.* Describitur mons Sinai terribilis, & fumigans, descendente Domino.

¶. 34. *Cantabo Domino in vita mea , psallam Deo meo , quamdiu sum.*

¶. 35. *Fecundum sit ei eloquium meum ; ego verò delectabor in Domino.*

Hæc est altera petitio, ut placeat Deo laus ejus. Ego, sicuti opto, ut ab omnibus Deus laudetur; sic ipse, dum vixero, non solum voce, sed etiam psalterii sonitu celebrabò laudes ejus: hoc autem oro, ut hymnus, quem in ejus laudem assidue decanto, gratus sit majestati ejus: & ego quoque delectabor in amore Dei, & deliciae meæ erunt meditatio assidua bonitatis ejus.

¶. 36. *Deficiant peccatores à terra , & iniqui , ita ut non sint. Benedic anima mea Domino.*

Hæc est ultima petitio, ut peccatores, qui

qui Deum laudare nesciunt, deficient de terrâ, ita ut vel conversi ad Dominum non sint amplius peccatores; vel si converti noluerint, dejiciantur infra terram, & ultra non compareant.

PSALMUS. CIV.

Titulus, & argumentum : *Alleluja, h. e. laudate Dominum,*

Hic titulus huic, & duobus sequentibus Psalmis rectissimè convenit, quia in illis narrantur beneficia prestita populo Dei, ob quæ omni laude dignus est.

v. 1. Confitemini Domino, & invocate nomen ejus : annuntiate inter gentes opera ejus.

Spiritu fervens invitat populum Dei, ut non ipse solùm, sed & alii Deum laudent. Confitemini confessionem laudis vos populi Dei : &, ut rectè laudare possitis, invocate nomen ejus : spargite inter alias gentes sermonem de mirabilibus operibus Dei, ut & ipsæ ex iis incipiant Deum cognoscere, laudare, invocare.

v. 2. Cantate ei, & psallite ei : narrate omnia mirabilia ejus.

Jam dicta explicat : confitemini laudes non solùm canendo vocibus, sed & psallen-

do instrumento, h. e. laudando verbo, & opere: *narrate &c.*

✠. 3. *Laudamini in nomine Sancto ejus: lætetur cor querentium Dominum.*

Invitavit ad laudem, at tantum exteriorrem, jam invitavit ad lætitiã, & exultationem interiorem. Gloriamini in corde vestro, quòd Deum noveritis authorem omnis boni. Cum lætitiã, & non cum mœrore, & tædio quærite Dominum, nam tantum bonum est, ut melius sit illum quærere, quàm cetera omnia possidere.

✠. 4. *Quærite Dominum; & confirmamini: quærite faciem ejus semper.*

Idem urget. Confirmate vires animi, & infatigabiliter quærite Dominum. Ascendite semper corde, amando, & desiderando faciem Domini, donec ad eam videndam aliquando perveniatis. Monet S. Aug., eos, qui quærunt faciem Domini, jam invenisse per fidem, & adhuc quærere per spem, & desiderium.

✠. 5. *Mementote mirabilem ejus; quæ fecit: prodigia ejus, & judicia oris ejus.*

Docet, quæ sit materia laudis, ad quam invitavit, nempe prodigia, seu miracula per Moysen, Josue, Samuelem &c. Facta;

ut

ut per ea judicaretur, & puniretur superbia, & injustitia Pharaonis, & aliorum populi Dei persecutorum: talia enim si piè, fidelitèrque cogitentur, excitant ad amorem, & desiderium Dei.

¶ 6. *Semen Abraham servi ejus, filii Jacob electi ejus.*

Declarat, quibus dixerit, *mementote &c.* Vobis loquor, Hebræi, qui estis propagati ab Abraham per Jacob, qui estis servi Dei, quos Deus elegit in proprios, & peculiare servos, quibus legem daret, & quos doceret, quo ritu coli vellet. Etiam hæc pertinent ad nos, qui sumus filii fidei Abrahamæ, & Jacob.

¶ 7. *Ipse Dominus Deus noster: in universa terra judicia ejus.*

¶ 8. *Memor fuit in seculum testamenti sui verbi, quod mandavit in mille generationes.*

Incipit narrare mirabilia opera Dei. Ipse Deus, cujus judicia sunt in universâ terrâ, h. e. qui ut supremus Rex universam terram judicat, ipse Deus tam magnus memor fuit fœderis cum Abrahamo initi, ut illud impleret, quod æternum esse voluit; & verbi, seu promissionis suæ, quam iussit,

& voluit stabilem esse in mille generationes,
h. e. in æternum.

§. 9. Quod disposuit ad Abraham, & juramenti sui ad Isaac.

§. 10. Et statuit illud Jacob in preceptum, & Israel in testamentum æternum.

§. 11. Dicens, tibi dabo terram Chanaan, funiculum hereditatis vestre.

§. 12. Cùm essent numero brevi, paucissimi, & incolæ ejus.

Idem declarat ad confirmationem veritatis. Memor fuit ejusdem pacti, quod iniit cum Abrahamo, & quod idem cum juramento confirmavit Isaac filio Abrahæ: & pactum illud, seu promissum juratum statuit ipsi Jacob in decretum, æternum duraturum. Verba autem pacto promissionis inclusa fuerunt: *Tibi dabo terram*, quæ dicitur *promissionis*, in quâ chananæi tunc habitabant. Facta est autem hæc promissio Hebræis, cùm essent paucissimi, & peregrini, ac advenæ in ipsâ terrâ Chanaan. *Vide Gen. 17. 26. & 28.* Mira Dei potentia, sapientia, quòd ex toto orbe elegerit familiam unam, exiguam, cui regionem amplissimam, à tot Regibus possessam traderet, sed magis mirum, quòd ex omnibus omnino homi-

hominibus elegerit pusillum gregem, hæredem Regni Cælestis, cujus figura erat Palæstina.

ŷ. 13. *Et pertransierunt de gente in gentem, & de Regno ad populum alterum.*

ŷ. 14. *Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis Reges.*

ŷ. 15. *Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.*

Recenset alterum beneficium Dei, quòd Patriarchas singulari providentiâ custodierit. Historias vide *Gen. 12. 20. 26. 31. Et pertransierunt Abraham, Isaac, & Jacob cum familiâ suâ de unâ provinciâ in aliam, & de Regno Palæstinæ ad populum Regni Ægypti. Non permisit Deus, hominem ullum nocere eis; imò etiam corripuit pro eis Pharaonem Regem Ægypti, & Abimelech Regem Geraræ: Dixit enim Deus Regibus istis: Nolite tangere Christos meos, quos unxi internâ spiritûs unctione, & in eosdem, qui Prophetæ mei sunt, nolite aliquid mali perpetrare. Patriarchas illos Prophetas fuisse, patet ex *Gen. 15. 27. 49.**

ŷ. 16. *Et vocavit famem super terram, & omne firmamentum panis contrivit.*

ψ. 17. *Misit ante eos virum , in servum venundatus est Joseph.*

ψ. 18. *Humiliaverunt in compedibus pedes ejus , ferrum pertransiit animam ejus , donec veniret verbum ejus.*

ψ. 19. *Eloquium Domini inflammavit eum , misit Rex , & solvit eum Princeps populorum , & dimisit eum.*

ψ. 20. *Constituit eum Dominum domus sue , & Princepem omnis possessionis sue.*

ψ. 21. *Ut erudiret Principes ejus sicut semetipsum , & senes ejus prudentiam doceret.*

ψ. 22. *Et intravit Israel in Ægyptum , & Jacob accola fuit in terra cham.*

Hoc est tertium beneficium , commendans sapientiam Dei , qui ex magnis malis eruere novit maxima bona. Historiam vide *Gen. c. 37. & seqq.* Illud , *vocavit famem* , quasi fames esset exercitus aliquis armatus , significat , omnia ex justissimo Dei decreto fieri. Fames exorta est super terram , quia Deus contrivit stabilimentum victus humani , qui in pane consistit , *Gen. 45.* Hâc occasione famis venturæ præmisit Deus in Ægyptum ante filios Israel , *virum magnum* , nempe Josephum , qui liberaret à fame Israelem cum omni familia suâ. Subdit *modum* ,

dum, quo venerit in Ægyptum : venditus à fratribus Joseph mercatoribus euntibus in Ægyptum. Joseph in Ægypto positus, & accusatus falsi criminis ab uxore Domini sui, conjectus est in carcerem, vinculis ferreis alligatus, non sine maximo animi dolore, donec impleretur vaticinium ejus, quo prædixit Pincernæ Regis Pharaonis, liberationem ex carcere. Et hoc vaticinium non oriebatur ex ejus ingenii sagacitate, sed ex virtute Dei, qui eloquium ignitum, lucidum, & efficax ipsi tribuebat. Rex Pharaon Princeps omnium populorum Ægypti, auditâ sapientiâ Joseph per pincernam suam misit, qui eum liberaret de carcere, & auctoritate suâ solvit eum compedibus, & liberum dimisit; & constituit eum præpositum domûs suæ, & totius Regni sui, ut omnia quasi Princeps, & Dominus administraret; nec solum ut corporibus alendis tempore famis operam daret; sed etiam ut Principes, & Seniores Consiliarios, qui cum Rege negotia Regni tractare solebant, erudiret eâ sapientiâ, quâ ipse pollebat. Hâc occasione ingressus est Patriarcha Jacob cum omni familiâ suâ in Ægyptum, qui habitavit in terrâ Ægypti, quæ dicitur ter-

ra Cham, filii Noë, qui primus habitavit in terrâ Ægypti.

ŷ. 23. *Et auxit populum suum vehementer. & firmavit eum super inimicos ejus.*

ŷ. 24. *Convertit cor eorum, ut odirent populum ejus: & dolum facerent in servos ejus.*

ŷ. 25. *Misit Moysen servum suum: Aaron, quem elegit ipsum.*

ŷ. 26. *Posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham.*

Quartum beneficium providentiæ Divinæ est incrementum populi, & liberatio. Hebræi multiplicati sunt in Ægypto, instar formicarum, aut vermium, qui ebulliunt ex aliquo loco, ut numerari non possint; & facti sunt Ægyptiis fortiores. Hoc insolitæ fœcunditatis dono Deus occasionem quodammodo præbuit perversis cordibus Ægyptiorum, ut inviderent Hebræorum felicitati & indè illos opprimere desiderarent. Occasione hujus afflictionis misit Deus Moysen servum suum, & Aaronem, quem elegit ei socium, & adiutorem, dans eis potestatem edendorum miraculorum in terrâ Ægypti, ut Ægyptii, & Hebræi crederent, utrumque missum esse à Deo, ac proinde eis obediendum,

ŷ. 27.

¶. 27. *Misit tenebras , & obscuravit , & non exacerbavit sermones suos.*

Incipit narrare flagella Ægyptiorum, licet ordinem non servet. Immisit tenebras in Ægyptum, & tres integros dies obscuravit eam regionem, ut nemo se moveret de loco, in quo erat. *Et non exacerbavit Moy- ses, vel Aaron sermones suos, h. e. ejus, Dei; sensus : audacter implevit mandata Dei, faciendo prodigia.*

¶. 28. *Convertit aquas eorum in sanguinem: & occidit pisces eorum.*

¶. 29. *Edidit terra eorum ranas, in penetrabilibus Regum ipsorum.*

¶. 30. *Dixit, & venit cœnomyia, & citifis in omnibus finibus eorum.*

¶. 31. *Posuit pluvias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum.*

¶. 32. *Et percussit vineas eorum, & ficulneas eorum, & contrivit lignum finium eorum.*

¶. 33. *Dixit, & venit locusta, & bruchus, cujus non erat numerus.*

¶. 34. *Et comedit omne fœnum in terra eorum, & comedit omnem fructum terra eorum.*

¶. 35. *Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum.*

Hæc

Hæc omnia Vide Pf. 77. à v. 49. *item*
Exod. 7. & seq.

v. 36. *Et eduxit eos cum argento, & auro,
 & non erat in tribubus eorum infirmus.*

Beneficium quintum fuit ditando Hebræos. Eduxit eos cum ingenti copiâ vasorum aureorum, & argenteorum, quæ commodatò acceperant ab Ægyptiis. Addit aliud beneficium, quòd, Ægyptiis variè vexatis, imò primogenitis occisis, apud filios Israel nulla plaga defeviit.

v. 37. *Lætata est Ægyptus in protectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos.*

Hoc pertinet ad cumulum beneficii prioris : quia Ægyptii non solum non retinuerunt Hebræos propter vasa aurea, & argentea iis commodata; sed lætati sunt in eorum discessu ob timorem majoris mali, ne, sicut primogenita periisse viderant, omnes perirent.

v. 38. *Extendit nubem in protectionem eorum, & ignem, ut luceret eis, per noctem.*

Sextum beneficium fuit columna nubis per diem, & columna ignis per noctem, quam Angelorum ministerio erexit Deus pro populo suo. Vel fuit nubes expansa per modum tentorii, ut protegeret eos ab æstu

in itinere; vel expansa inter Ægyptios, & Hebræos, ne concurrerent, & hi ab illis læderentur.

ſ. 39. *Petierunt, & venit coturnix, & pane cali saturavit eos.*

Septimum beneficium, quo Deus pavit in deserto populum suum pane cæli, h. e. manna, quod pluebat de cælo; & carnis coturnicum, quas ministerio venti in desertum adduxit. Propter hanc primam petitionem carniū non sunt puniti.

ſ. 40. *Dirupit Petram, & fluxerunt aquæ abierunt in sicco flumina.*

Octavum beneficium, quo Deus ex Petrâ copiam aquarum eduxit in solitudine, ex quâ rivi instar fluminum decurrebant.

ſ. 41. *Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum.*

Ratio præcedentium, & futurorum beneficiorum tribuitur promissioni factæ ad Patriarcham Abraham, singularem puerum, servum suum.

ſ. 42. *Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in latitia.*

Notum est hoc beneficium, quo Deus, submerso Pharaone in mari rubro, eduxit popu-

popu-

populum suum de servitute, canentem cum exultatione, lætitia magnâ *Exod. 15.*

ÿ. 43. *Et dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt.*

Ultimum beneficium Hebræorum introductio, duce Josue, in urbes, quas ædificaverant, & in arva, quæ coluerant gentes illæ.

ÿ. 44. *Ut custodiant justificationes ejus, & legem ejus requirant.*

Hoc est tributum, quod Deus requirit à suis pro tot beneficiis: ut obediant mandatis ceremonialibus, & judicialibus, quæ obedientia ipsis utilissima est, quia adducit ad bona multò majora, quàm sit adeptio terræ promissionis. *Et legem &c. legem requirere*, est in omni actione legem consulere, ut juxta eam omnia fiant.

PSALMUS CV.

Titulus: *Alleluja.*

Argumentum: *Juxta hunc titulum laudatur Deus, non ut in superiore Psalmo ob sola beneficia, sed etiam ob misericordiam præstitam erga ingratos, qui præventi à Deo in benedictionibus tantæ dulcedinis; Deo frequenter inobedientes, & rebelles fuerunt; & tamen per pœnitentiam reconciliati in gratiam redierunt.*

ÿ. I.

personam omnium Electorum, dicens : *Benedic. &c.* Cogita beneficia, lauda benefactorem, anima mea; nec tu sola laudes Dominum, sed omnia interiora mea verantur in linguas, & benedicant nomen sanctum Dei.

ψ. 2. *Benedic anima mea Domino : & non li oblivisci omnes retributiones ejus.*

Idem repetit, ut vehementiam affectus ostendat; quæ ne frigescat, addit : *& nolè oblivisci &c.* Beneficia Dei vocat *retributiones*: Est enim quasi duplex beneficium, quia non tribuit pœnas, peccatis nostris debitas; imò pro tot malis nostris tanta bona nobis retribuit.

ψ. 3. *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.*

Incipit recensere singula beneficia; quorum primum est remissio peccatorum, quæ nos de inimicis amicos facit. *Qui propitiatur*, gratis debita condonat, quantumvis multa. Etiam *sanat*, seu minuit languorem ex Adæ peccato in naturam humanam relictum, ut abscindat radices peccatorum.

ψ. 4. *Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia, & miserationibus.*

Transit à beneficiis gratiæ ad beneficia

gloriæ. Qui per Christum liberat vitam tuam à morte æternâ , & transfert in Regnum suum , coronans te in misericordiâ , & miserationibus : prævenit te misericordia , gratis justificans , plurimæ dirigentes , & protegentes in viâ , sinè quibus in acceptâ justitiâ non perseverares.

ŷ. 5. *Qui replet in bonis desiderium tuum, renovabitur ut aquila juvenus tua.*

Explicat , quid in se contineat corona gloriæ , duo scil. , satietatem desiderii , dum animus , fruens Deo , præterea nihil desideret ; & gloriam corporis resurrectorum in beatam , & nunquam senescentem juventutem. Quomodo Aquilæ renoventur , incertum est. Ceterum ut Aquila altissimè volat , acutissimè videt , diutissimè vivit : Sic Beati supra cælos conscendunt ; ipsam lucem inaccessibilem cernunt , & ævo sempiterno fruuntur.

ŷ. 6. *Faciens misericordias Dominus , & judicium omnibus injuriam patientibus.*

Ait , fontem bonorum , quæ declaravit , esse misericordiam Dei , non nos ipsos , ut delirat Pelagius. *Qui facit misericordias , seu bona liberaliter tribuit , Dominus est. Unum verò ex præcipuis bonis ejus est ,*
quòd

quod patientes
es injurias non
ŷ. 7. Nota
Ipsa voluntate
Explicat dicit
hæc servo sue
quæ sunt mil
Israel declarat
simus miserie
fericordia De
natus sit. Ide
rationem cum
Israelitas misie
ŷ. 8. Misie
inguis. &
Hæc vera
consolatur h
us dicitur misie
habet ad ho
multa libera
tolerans , &
ferior , quia
aliquando eve
tam , & simili
rimina , quæ
significat om
utque ad vitam

quòd'patientes injurias liberet, & facientes injurias non relinquat impunitos.

ψ. 7. *Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas.*

Explicat dicta ψ. 6. Nam Moysi, singulari servo suo, *notas fecit Deus vias suas*, quæ sunt misericordia, & veritas. Et *filiis Israel declaravit voluntates suas*, ut etiam nos simus misericordes, & justi. Hæc fuit misericordia Dei, quòd ita nos instruere dignatus sit. idem evidenti factò docuit, Pharaonem cum exercitu justè interficiendo, Israelitas misericorditer liberando.

ψ. 8. *Miserator, & misericors Dominus, longanimis, & multum misericors.*

Hæc veracissima Dei nomina meritò consolantur homines bonæ voluntatis. Deus dicitur *miserator*, quia paternum affectum habet ad homines pios: *Misericors*, quia multa liberaliter donat: *Longanimis*, quia tolerans, & tardus ad iram: *Multum misericors*, quia ex ineffabili misericordiâ nos aliquando evehet ad æqualitatem Angelorum, & similitudinem Dei. Hæc quatuor nomina, quæ deinceps ex ordine explicat, significant omnia beneficia Dei à primo usque ad ultimum.

ψ. 9. *Non in perpetuum irascetur, neque in aeternum comminabitur.*

Primum nomen : Deus *miserator* est, quia irascetur quidem interdum peccantibus electis suis, eosque flagellabit; sed brevi reconciliabitur eis. Hic ψ. loquitur de electis, & piis; unde non favet iis, qui docent, pœnas damnatorum aliquando finiendas.

ψ. 10. *Non secundum peccata nostra fecit vobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit vobis.*

Transit ad secundum nomen : Deus ex infinitâ misericordiâ non reddidit nobis pœnas, quas merebamur, nempe mortem, quæ est stipendium peccati; sed dona, quibus hîc indigemus, & quæ non merebamur, multiplicavit.

ψ. 11. *Quoniam secundum altitudinem cæli à terra, corroboravit misericordiam suam super timentes se.*

ψ. 12. *Quantum distat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras.*

Hæc pertinent ad secundum nomen. Probat dicta ψ. 10. Utitur comparatione distantiae cæli à terrâ, seu maximæ altitudinis; & ortus ab occidente, seu maximæ longitudinis, ut ostendat remissionem peccati, &

infinitatem
maximam, &
esse hanc non
impacionem
ψ. 13. Qu
serius est Di
esse cognoscit
Hor, & v
men, nempe
ratione apillu
nales intimo
nterentur mi
nipientiam
us noster mi
erata quotic
in agnitudine
probe novit,
nem mortale
obnoxiâ ge
biles esse.
ψ. 14. Ra
nus; hinc loc
psi se efferebit
ψ. 15. Quo
to un subdit,
sem.
Declarat, q

& infusionem justitiæ esse verissimam, & maximam, & non, ut somniant Lutherani esse solam non imputationem peccati, & imputationem justitiæ.

v. 13. *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se : quoniam ipse cognovit figmentum nostrum.*

Hoc, & v. 14. 15. explicat tertium nomen, nempe *longanimis*, & utitur comparatione aptissimâ. Quo modo parentes carnales intimo, & invicto quodam affectu miserentur miserias, & tolerant infirmitates insipientiam infantium suorum; sic Dominus noster *miseretur timentium se*, dum eorum errata quotidiana non ut injurias suas, sed ut ægritudines filiorum considerat: Quia probè novit, nos ex terrâ plasmatos, carnem mortalem, & concupiscentiis variis obnoxiam gerere; ac per hoc valde miserabiles esse.

v. 14. *Recordatus est, quoniam pulvis sumus; homo sicut fœnum dies ejus, tanquam flos agri sic efflorescit.*

v. 15. *Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet ampliùs locum suum.*

Declarat, quod dixit, nos esse figmentum.

Consideravit, misericordiâ nos esse dignos, quia, quantum ad materiam, ex pulvere ipse nos finxit; & ideo instabiles, ac fragiles sumus. Et homo sic se habet, ut dies ejus sint sicut dies scæni; & florebit tempore brevissimo, ut flos scæni in agro: nam spiritus vitalis, seu vita corporis in homine non subsistet in eodem statu, sed semper mutabitur de infantia ad pueritiam, de hac ad adolescentiam; de hac adjuventutem, maturitatem, senectutem, mortem: nec redibit ad locum, unde discessit, nec videbit amplius ætatem, quam semel dimisit.

ψ. 16. *Misericordia autem Domini ab æterno, & usque in æternum super timentes eum.*

En quantum nomen: *Multum misericors.* *Misericordia Domini*, quæ fuit ab æterno super timentes eum in prædestinatione, durabit usque in æternum in glorificatione, & sic erit Deus multum misericors, seu multitudinem beneficiorum, seu magnitudinem, seu durationem consideremus.

ψ. 17. *Et justitia illius in filios filiorum, his qui servant testamentum ejus.*

ψ. 18. *Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.*

Hæc

Hæc est app
cordia. Nec
tabuntur; sed
quæ semper res
vabitur in fili
pactum cum
palus Dei,
memoria man
cogitatione r
pleant.

ψ. 19. De
m, & Regu

Demonstr
promittit tunc
judez est om
livi thronu
calo, unde t
pollit. Nec
sed judez su
regia ejus p
creatis domi

ψ. 20. Be

ps; potentes
al audendum

Hic ultimi
res creatas ad
te, laudat ca

Hæc est appendix magnæ illius misericordiæ. Nec solùm timentes Deum exaltabuntur ; sed veracitas , & fidelitas Dei , qui semper reddit, quod promisit, conservabitur *in filiis filiorum his*, qui observant pactum cum Deo initum, ut sint ipsi populus Dei , & Deus sit eorum Deus ; & *memores mandatorum ejus*, non ut ea solùm cogitatione revolvant, sed ut diligenter impleant.

☿. 19. *Dominus in celo paravit sedem suam, & Regnum ipse omnibus dominabitur.*

Demonstrat, Deum posse facere, quæ promisit timentibus se. Quoniam Deus Judex est omnium, ideo paravit, & stabilivit thronum suum judicarium in summo celo, unde omnes prospicere, & judicare possit. Nec est Judex ab alio constitutus, sed judex supremus, & Rex Regum : Nam regia ejus potestas omnibus omnino rebus creatis dominabitur.

☿. 20. *Benedicite Domino omnes Angeli ejus ; potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.*

Hâc ultimâ Psalmi parte invitât omnes res creatas ad laudandum Deum. *Benedicite, laudate communem Dominum, vos An-*

geli, quotquot estis omnino omnes, qui propius illi assistitis, & magnitudinem ejus perfectius nostis: *potentes virtute*, seu robore ad exequenda mandata Dei, & ea exequentes in hunc finem, ut obediatis voci ejus, & vos fideles servos probetis.

Ÿ. 21. *Benedicite Domino omnes virtutes ejus, ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.*

Non vult intelligi solos Angelos ultimi chori, ideo addit *omnes virtutes*, seu exercitus caelestes Dei, ut Archangeli, Principatus, Dominationes &c, qui ministri Dei estis, & impletis diligenter, quidquid ille vobis mandat.

Ÿ. 22. *Benedicite Dominum omnia opera ejus, in omni loco dominationis ejus. Benedic anima mea Domino.*

Demum invitat ceteras res omnes creatas, quamvis non vitales, ut suo modo opificem suum laudent; ubicunque demum sint. Tu verò, anima mea, quæ omnia ad laudem invitasti, *Benedic Dominum in omni tempore.*

PSALMUS CIII.

Titulus: *Ipsi David.*

Argumentum: *Decantatur gloria Dei
pri;*

primò ex mirabilibus, qua sunt in cœlo; deinde ex iis, qua sunt in aere; tum ex iis, qua sunt in terrâ; demum ex iis, qua sunt in mari.

Psalmus hic rectè priori subjicitur: in illo aguntur gratia Deo pro beneficiis gratia, in hoc pro beneficiis natura: ibi laudatur Dei misericordia, hic sapientia.

Ps. 1. Benedic anima mea Domino, Domine Deus meus magnificatus es vehementer.

Excitat animam suam ad laudandum Deum; quo facto exurgit in admirationem. Domine Deus ex operibus tuis magnus valde factus es in oculis omnium, qui quoquo modo gloriam tuam aspicere possunt. Crescit Deus non in se, sed si in nobis major fiat notitia potentia, sapientia Dei & ex cognitione operum.

Ps. 2. Confessionem, & decorem induisti, amictus lumine, sicut vestimento.

Per similitudinem vestimenti declarat, quomodo Deus magnificatus sit. Confessionem laudis, quam assiduè decantant opera tua, tibi quasi vestimentum undique circumdedisti decorem, & pulchritudinem, dum amictus es lumine gloriae, quod ex operibus tuis emicat. Licet oculi corporis solem intueri nequeunt, ex lumine tamen,

quo cinctus est Sol, facile & adesse, & pulcherrimum esse judicant; cur igitur oculi cordis tam tenuiter sentiunt tantam Dei pulchritudinem, cum tamen undique cinctus sit splendore maximo, ex ejus operibus relucente? Cor gerimus carnalium cogitationum, & affectionum pulvere quasi cæcatum.

ψ. 3. *Extendens calum sicut pellem, qui tegis aquis superiora ejus.*

Incipit à lumine potentia, & sapientia Dei, quod cernitur in creatione cæli, & duo mirabilia consideranda proponit: quòd tantâ facilitate extenderit tantam molem firmamenti, quantâ solent homines extendere tentorium aliquod ex pellibus: & quòd miro artificio posuerit aquas supra cælum, quasi aquas super ignem, nec tamen aquæ extinguant ignem, nec hic consumat aquas.

ψ. 4. *Qui ponis nubem ascensum tuum, quæ ambulas super pennas ventorum.*

De cælo æthereo descendit ad aëreum, & canit miram Dei sapientiam in velocitate nubium, quæ vi ventorum stupendâ celeritate transeunt ab unâ parte mundi ad aliam. Poëticè ait, Deum insidere nubibus, ut in curru, & uti ventis, quasi e-

quis

quis pennigeris, ut indicet, Deum authoritatem esse horum omnium.

✧. 5. *Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem.*

Docet, Deum præter ventos, ac nubes, habere alios ministros sublimiores, & potentiores. *Qui facis*, ut Angeli ministri tui habeant velocitatem spirituum, seu ventorum, & efficaciam ignis urentis; & ita sint ut quidam venti spirituales in discurrendo, & ut quidam ignes divini in operando. Non scimus, Angelorum velocitatem, & efficaciam melius comparare, quam cum vento, & igne.

✧. 6. *Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi.*

Descendit ad terram, quæ cum sit sedes nostra, nobis notior, quam ceteræ partes mundi, in ejus mirabilibus diutiùs immoratur. Incipit à creatione terræ, cujus molem miratur nulli fundamento inniti. Non erexisti terram super aliquod fundamentum, sed voluisti, ut suo pondere niteretur; & quia sic jussisti, terra suo pondere innixa æternâ stabilitate consistet.

✧. 7. *Abyssus sicut vestimentum amictus ejus, super montes stabunt aqua.*

✧. 8.

¶. 8. *Ab increpatione tua fugient, à voce tonitruu tui formidabunt.*

¶. 9. *Ascendunt montes, & descendunt campi, in locum quem fundasti eis.*

¶. 10. *Terminum posuisti, quem non transgredientur, neque convertentur operire terram.*

Initio creationis terra erat cincta, & quasi amicta profunditate aquarum, quasi vestimento quodam undique cooperta: & tunc montes operiebant (*stabunt* hebraicè pro *stabant*) aquæ, seu vapores aquei. Hæ aquæ solo Dei nutu descenderunt ad loca decliviora: fuit enim nutus Divinus aquis instar terribilis increpationis, & quasi tonitruum rebus sentientibus. Tunc cœperunt apparere montes in loco sublimi, quasi ascendissent, & campi in loco humili, quasi descendissent: omnia verò constituerunt in loco, quem constituisti eis. Aquis recedentibus, & in cavernis terræ conclusis arenam pro termino posuisti, quem non transgredientur, neque convertentur ex vi suâ cooperire terram, nisi jussu, & virtute Dei, ut factum est in diluvio.

¶. 11. *Qui emittis fontes in convallibus, inter medium montium pertransibunt aquæ.*

¶. 12.

¶. 12. *Potabunt omnes bestia agri, expectabunt onagri in siti sua.*

¶. 13. *Super ea volucres celi habitabunt, de medio petrarum dabunt voces.*

Jam miratur sapientiam Dei in productione fontium, qui in montibus originem habent, & indè in valles defluunt. Qui facis, ut aquæ fontium ad convalles defluant, & inter medios montes earum rivuli pertranseant. *Potabunt omnes bestia agri, præsertim onagri*, seu Asini Sylvestres, qui in montibus degunt, & naturâ siticulosi sunt, anhelabunt ad ejusmodi aquas. Nec solùm animalia quadrupedia de fontibus bibent; sed etiã volucres cæli juxta aquas in locis editioribus nidos suos ponent, ut iisdem aquis frui possint, & ex cavernulis suis voces dabunt, canentes, quomodo possunt, laudes Domino.

¶. 14. *Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra.*

¶. 15. *Producens fœnum jumentis, & herbam servituti hominum.*

¶. 16. *Ut educas panem de terra, & vinum latifcet cor hominis.*

¶. 17. *Ut exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet.*

Quar-

tua fugiem
de sepulchro
si, quem non
ventus operis
et cinis, & qu
arum, quasi
e cooperta: &
stant hebraice
vires equi. Ha
nderunt ad lo
s Divinus agu
is, & quali
Tunc cepto
sublimi, que
oco humili,
erò constite
i eis. Aquis
rraz conclu
quem non
erentur ex
gusta, & vir
rio,
corroditur, p
ut aqua.
¶ 12.

Quartò miratur providentiam Dei in excogitando pluvias ad irriganda loca, quò fontes, & flumina non pertingunt. Deus irrigat montes de nubibus, quæ sunt in aëre superiore. De aquis, quas tu ex nubibus tuis exprimis, terra avida, & sitibunda satiabitur. Per hanc providentiam tuam Deus producis ex terrâ fœnum in cibum jumentorum; & herbam, unde fruges, & vites, & arbores existunt, in cibum hominum: ut hâc ratione producas ex terrâ panem, h. e. cibum, & vinum à te productum lætificet cor hominis: ut homo exhilaret faciem suam in oleo à te producto, & panis sustentet vitam humanam. Deus exhilarat faciem hominis in oleo, dum ei cibum oleo conditum porrigit: facies enim nitidior apparet, cùm homo nutritur iis, quæ sapiunt. Porrò monemur hîc, contentos nos esse debere jucunditate moderatâ, quæ à Deo est; nam crapula, & ebrietas à Diabolo sunt.

ψ. 18. *Saturabuntur ligna campi, & cedri libani, quas plantavit: illic passeret nidificabunt.*

ψ. 19. *Herodii domus dux est eorum, montes excelsi cervis, petra refugium herinaceis.*

Quin-

Quintò miratur providentiam, quòd Deus ipse sinè ullâ opera hominum producat, & nutriat arbores proceras. Ex pluviis humorem sibi debitum sument arbores silvestres, & præcipuè cedri Libani, quas Deus ipse plantavit. In his agrestibus arboribus nidos suos ponent aves, ut tutiores sint ab aucupibus. Herodii, h. e. milvi, aut fulicæ, aut ardeæ, aut ciconiæ nidus præminet nidulis aliarum volucrum, tum magnitudine, tum altitudine. Et sicut magnæ arbores præbent refugium avibus, sic montes cervis, & cavernæ lapideæ herinaeis.

ψ. 20. *Fecit lunam in tempora : sol cognovit occasum suum.*

ψ. 21. *Posuisti tenebras, & facta est nox : in ipsa pertransibunt omnes bestie silvæ.*

ψ. 22. *Catuli Leonum rugientes, ut rapiant, & querant à Deo escam sibi.*

ψ. 23. *Ortus est sol, & congregati sunt : & in cubilibus suis collocabuntur.*

ψ. 24. *Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam.*

Sextò miratur providentiam Dei, quâ divisit tempora operibus hominum, & ferarum. Dominus ad usum hominum, & animan-

man-

mantium fecit Lunam, ut tempore opportuno luceret, nempe per noctem. Sol quoque non semper est super terram, sed novis suo tempore occumbere, ut det locum nocti, uti Deus disposuit. Ex hac vicissitudine Solis, & Lunæ tu Domine fecisti, ut, suo tempore Occidente sole, existerent tenebræ, & sic fieret nox: & ipsam dedisti silvestribus animantibus, ut per silvas discurrerent; & potissimum *catuli leonum rugientes* præ fame in rapinam incumbant, & quærant sibi cibum eo modo, quem Divina providentia statuit. Eadem facit, ut, oriente sole, feræ silvestres, per noctem dispersæ ad prædam, congregentur in speluncis suis, & in suis quasi cubilibus collocentur. Tunc surget homo, & exhibit ad agriculturam, & laborem suum &c. Nota, bestiis, quæ ratione, & manibus carent, datum esse à Deo, ut per insidias nocturnas ex raptis vivant; non verò hominibus, qui ratione, & manibus ornati, vel justo manuum labore, vel mercaturâ vivere possunt.

Ps. 25. *Quàm magnificata sunt opera tua Domine! omnia in sapientia fecisti; impleta est terra possessione tua.*

Sex

ψ. 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia ejus.*

Loquitur in personâ fidelis populi pœnitentis, & Deo gratias agentis : invitat autem omnes ad laudes Dei, tum quia *bonus*, conferens tanta beneficia ; tum quia in recipiendis peccatoribus ad pœnitentiam revertentibus misericordia ejus semper invicta est.

ψ. 2. *Quis loquetur potentias Domini: auditas faciet omnes laudes ejus?*

Invitavit omnes ad laudandum Deum ; jam objicit sibi, vix inveniri, qui sit ad id idoneus. Quis loqui sufficiet opera omnipotentia Domini, & laudes omnes, quæ ex cognitione horum operum oriuntur?

ψ. 3. *Beati, qui custodiunt judicium: & faciunt justitiam in omni tempore.*

Quasi dicat : soli illi beati sunt, & per hoc loqui possunt potentias Domini, qui semper rectè judicant de omnibus rebus, quas agunt, qui regulæ Divinæ legis inhærentes, justè vivunt, declinantes à malo, & facientes bonum.

ψ. 4. *Memento nostri Domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo.*

ψ. 5. *Ad videndum in bonitate electorum*

D

tuorum,

tuorum", ad latandum in letitia gentis tuae, see
lauderis cum hereditate tua.

Quia dixerat, justorum, & beatorum esse officium laudandi Deum, optat sibi, ac suis hanc felicissimam sortem. *Memento &c.* imple, Domine, beneplacitum prædestinationis cœtus eorum, quos ab æterno elegisti; & ut illud impleas, visita nos per gratiam justificationis, quæ est salus inchoata, & semen salutis æternæ: ut prædestinati, & justificati tandem videamus bonum electorum tuorum quæ est ipsa facies Domini conspicua; ut participemus inenarrabilem illam lætitiã, quæ ex visione illâ electis tuis nascitur; ut finis ultimus sit omnium beneficiorum tuorum, perpetua laus tua, & hereditatis tuæ, quæ est cœtus electorum.

ψ. 6. *Peccavimus cum Patribus nostris, injustè egimus, iniquitatem fecimus.*

ψ. 7. *Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordie tue.*

ψ. 8. *Et irritaverunt ascendentes in mare, mare rubrum.*

ψ. 9. *Et salvavit eos propter nomen suum, ut notam faceres potentiam suam.*

ψ. 10.

v. 10. Et increpuit mare rubrum, & exiccatum est, & deduxit eos in abyssis, sicut in deserto.

v. 11. Et salvavit eos de manu odientium, & redemit eos de manu inimici.

v. 12. Et operuit aqua tribulantes eos, unus ex eis non remansit.

v. 13. Et crediderunt verbis ejus, & laudaverunt laudem ejus.

Incipit in personâ aliorum fidelium minus perfectorum, sed verè pœnitentium confiteri peccata sua, & Patrum ab egressu de Ægypto usque ad sua tempora, ut simul commemoret laudes misericordiæ Dei, quæ nunquam sinum pœnitentibus claudit. Hic dicta satis patent ex libro Exodi, & Ps. 77. Illud, Peccavimus cum Patribus nostris, significat: imitati sumus peccata eorum, & sic implevimus mensuram eorum. Illud, non intellexerunt, &c. refertur ad tempus, quo egressi de Ægypto, cum vidissent exercitum Pharaonis post se venientem, adeò desponderunt animum, ut etiam quererentur de Moysè, qui eos eduxerat de Ægypto. Et si intellexissent mirabilia Dei tam multa, quæ præcesserant, omnino confisi fuissent de potentia, & auxilio Dei. Illud irritaverunt,

in letitia genua
ua.
um, & beatitudi
nem, opus h
fortem. Mon
neplicium p
quos ab a
bles, visita
que est salus
ernaz: ut præ
in videmus bo
est ipsa facies D
ipemus intem
z ex visione ill
is ultimus fir
um, perpetua
que est coctus
Patribus nostris
fecimus.
Ægypto non int
servant memores m
scendentes in ma
propter nomen sui
lanti,

significat. Israelitas in angustiis illis constitutos, cum antè se cernerent mare rubrum, post se exercitum Pharaonis, irritasse Deum diffidentiâ, & incredulitate suâ. illud, *in mare*, est pro *ad mare*, ut sensus sit: *Ascendentes de Ægypto, irritaverunt ad mare &c.* Illud *increpuit*, metaphoricè significat, mare recessisse ad nutum Dei. Illud *laudaverunt laudem* significat, laudaverunt concincentes laudem ejus; quid autem cantaverint, refertur Exod. 15.

✧. 14. *Citò fecerunt, obliti sunt operum ejus, & non sustinuerunt consilium ejus.*

✧. 15. *Et concupierunt concupiscentiam in deserto: & tentaverunt Deum in inaquoso.*

✧. 16. *Et dedit eis petitionem ipsorum, & misit saturitatem in animas eorum.*

Refert ingratitudinem populi post miraculum tam insolitum in mari rubro, & post laudes Deo decantatas. *Citò fecerunt, obliti sunt*, h. e. festinaverunt oblivisci operum mirabilium Dei, quæ viderant; nec patienter expectaverunt finem Divino consilio constitutum: qui finis erat, permittere eos ad tempus affligi, ut tentaretur fides, spes, & dilectio eorum; sed ipsi non potuerunt ad modicum tempus tolerare famem, & sitim

sitim in deserto, in quo panis, & aqua de-
erant; & dedit eis panes, carnes, & aquam
quæ petierant, & eorum abundantiam satia-
vit appetitum illorum.

¶ 17. *Et irritaverunt Moysen in castris, Aaron Sanctum Domini.*

¶ 18. *Aperta est terra, & deglutivit Dathan, & operuit super congregationem Abiron.*

¶ 19. *Et exarsit ignis in synagoga eorum, flamma combussit peccatores.*

Historiam vide Num. 16. Irritaverunt co-
re, Dathan, & Abiron Moysen, objicientes
ei, quòd imperium sibi usurpasset super fi-
lios Israel, & simul irritaverunt fratrem e-
jus Aaronem, quem Deus sibi sanctificave-
rat, ut sacerdotio fungeretur. *Aperta est
terra, & deglutivit Dathan cum sociis Core, &
Abiron, & omni familiam, & substantiam eorum.*
Eadem terra iterum clausa est, & coope-
ruit omnem congregationem Abiron, & so-
ciorum ejus. Illud *super* ex Hebræo redun-
dat. Post Divino jussu ecitatus est ignis, qui
combussit 250. viros, qui præsumperant
incensum offerre Deo, quod ad eorum offi-
cium non pertinebat: & paulò post cum
murmuraret populus contra Moysen, quasi

ipse viros illos occidisset , alius ignis immisus à Deo cremavit 14700. viros.

ψ. 20. *Et fecerunt vitulum in Horeb , & adoraverunt sculptile.*

ψ. 21. *Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.*

ψ. 22. *Obliti sunt Deum , qui salvavit eos , qui fecit magnalia in Ægypto , mirabilia in terra Cham , terribilia in mari rubro.*

ψ. 23. *Et dixit , ut disperderet eos , si non Moyses electus ejus stetisset in confectione in conspectu ejus.*

ψ. 14. *Ut averteret iram ejus , ne disperderet eos : & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.*

Detestatur Idololatriam populi , & simul laudat misericordiam Dei , qui ad preces Moysis placatus , tam immane peccatum populo condonavit , *Exod. 32.* Et vitulum aureum ad similitudinem idoli Ægyptiaci fieri curaverunt ab Aarone , qui metu ad id compulsus est , in regione adjacente monti , qui vocatur Horeb , sive Sinai. Hunc vitulum adoraverunt : vocatur *sculptile* communi significatione , licet *conflatus* esset. Hoc modo commutaverunt Deum verum , qui erat gloria ipsorum , in imaginem animantis bruti.

Et obliti sunt Dei, qui salvavit eos de captivitate Pharaonis, ut colerent Deum, qui nec se, nec alios salvare poterat. Item obliti sunt Dei omnipotentis, qui fecit mirabilia signa in totâ terrâ Ægypti, quæ etiam dicitur terra Cham; & terribilia in mari rubro, siccando illud, ut Israelitæ transirent, tum Ægyptios submergendo, Tunc Deus pronuntiavit, voluntatem suam esse, ut disperderet populum Hebræorum, & fecisset, nisi Moyses, electus famulus ejus intercessione suâ obstitisset, iram Dei *fregisset*, impediisset. Vide, quid valeant preces justorum.

Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.

ψ. 25. *Non crediderunt verbo ejus, & murmuraverunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem Domini.*

ψ. 26. *Et elevarit manum suam super eos, ut prosterneret eos in deserto.*

ψ. 27. *Et ut dejiceret semen eorum in nationibus, & disperderet eos in regionibus.*

Hebræi ψ. 25. inchoant ab hâc parte ψ. 24. Et spreverunt terram promissionis, quam uti felicissimam desiderare debuissent. *Non crediderunt verbis Dei, qui toties dixerat,*

terram esse optimam : & murmuraverunt in tabernaculis suis contra Dominum, qui de Ægypto illos eduxerat, ut in terram promissionis induceret; non obedierunt præceptis ejus. Tunc levavit manum suam gladio justitiæ armatam, ut murmurantes occideret in deserto; quod etiam factum, nam illi omnes mortui sunt in deserto. Et ut filios eorum dejectos, & abjectos dispergeret inter gentes, ut non essent amplius populus, aut Respublica. Hoc ob preces Moysis tunc dilatatum, sed postea impletum sub Rege Babylõnis, & præcipuè sub Tito, & Vespasiano, ut nos videmus. Hinc disce, quàm graviter Deus irascatur iis, qui spernunt Regnum cælorum, nobis à Dei Filio prædicatum, & promissum.

ψ. 28. *Et iniurati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum.*

ψ. 29. *Et irritaverunt eum in adinventio- nibus suis, & multiplicata est in eis ruina.*

ψ. 30. *Et stetit Phinees, & placavit, & cessavit quassatio.*

ψ. 31. *Et reputatum est ei in justitiam, in generationem, & generationem usque in sempiternum.*

Attingit hinc idololatriam populi, cujus histo-

teria est Num.
 peccata,
 Moab.
 Beelphegor, l. e
 sunt sacrificia
 illis. Et irrit
 vorum Deor
 runt in popul
 catur multip
 plimis nen
 suspens. Et
 accensus thei
 delictores at
 suo Deum,
 in populo D
 qui corda in
 justitias,
 nam merere
 quia od me
 dignitatem
 & pulvis
 duceret Ref
 v. 31. Et
 tradidit :
 qui euerbet
 Hoc pecc
 28. Hebrai

historia est Num. 25. Addiderunt filii Israel ad alia peccata, ut consecrarentur in honorem Idoli Moabitarum, quod vocabatur *Beelphegor*, h. e. *Dominus Phegor*. Et comederunt sacrificia oblata Diis mortuis, h. e. Idolis. Et irritaverunt Deum in cultu novorum Deorum, quem primi introduxerunt in populum Israeliticum. Ob hoc peccatum multiplex ruina facta est in populo, plurimis nempe miserè interemptis, h. e. suspensis. Et Phinees zelo Divini honoris accensus stetit intrepidus adversus impios desertores antiquæ religionis, & placavit zelo suo Deum, & sic cessavit inchoata strages in populo Dei. Et hoc Phinees factum à Deo qui corda intuetur, reputatum est non injusta cædes, sed justa punitio; quæ non pœnam mereretur, sed laudem, & præmium, quia ob meritum illius facti stabilivit Deus dignitatem summi sacerdotii ipsi Phinees, & posteris ejus in æternum, h. e. quamdiu duraret Respubl. Judaica.

v. 32. *Et irritaverunt eum ad aquas contradictionis: & vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbaverunt spiritum ejus.*

Hoc peccatum Judæorum habetur Num. 20. Hebræi Deum in eo loco, ubi propter

aquæ penuriam contradixerunt Moyfi, & jurgati sunt contra eum, irritaverunt. Et propter hæc jurgia anxius est Moyfes, & afflictus spiritus ejus, qui aliàs promptus erat ad omnia Dei mandata sinè ullâ hæsitatione complenda.

v. 33. *Et distinxit in labiis suis; non perdididerunt gentes, quas dixit Dominus illis.*

v. 34. *Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & servierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum.*

Vid. L. Jud. c. 2. Deus apertè pronuntiavit, & reprehendit Hebræos, quòd non exterminaverint gentes, ut jussèrat Deuter.

v. 7. *Et ideo commixti sunt &c. & factum est illis in ruinam, quia ideo traditi sunt à Deo in potestatem diversorum Regum: & justum fuit, ut, qui Diabolum pro Deo elegerant, traderentur in servitutem eorum, quibus Diabolus dominabatur.*

v. 35. *Et immolaverunt filios suos, & filias suas Dæmoniis.*

v. 36. *Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suorum, quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan.*

v. 37. *Et infecta est terra in sanguinibus,*

&

& contaminata est in operibus eorum, & fornicati sunt in adinventionibus suis.

Hæc non habentur in libro Judicum; tamen vera esse necesse est, cum à Spiritu S. per Prophetam dicantur; & credibile est, ea per traditionem à majoribus ad Davidem pervenisse. Illud, *infecta est terra &c.* significat multitudinem interfectorum, & copiam sanguinis effusi, pollutentis terram. *Per fornicationem* intellige spirituales, quam Synagoga, aliàs Deo desponsata, nunc adorando idola committebat. Iste cultus dicitur propria eorum inventio, quia eam non didicerant à Moyse legislatore; sed ipsi per se cogitaverant, bonum esse imitari gentes idololatrias.

ψ. 38. *Et iratus est furore Dominus in populum suum, & abominatus est hereditatem suam.*

ψ. 39. *Et tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum, qui oderunt eos.*

ψ. 40. *Et tribulaverunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum, saepe liberavit eos.*

ψ. 41. *Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis.*

ψ. 42.

ψ. 42. *Et vidit, cum tribularentur. & audivit orationem eorum.*

ψ. 43. *Et memor fuit testamenti sui, & pœnituit eum secundum multitudinem misericordie sue.*

ψ. 44. *Et dedit eos in misericordias, in conspectu omnium, qui ceperant eos.*

His septem ψ. decantat Propheta historiam libri Judicum, quæ refert, Hebræos ob peccata sua, quibus Deum ad iracundiam provocabant, traditos fuisse à Deo frequenter in potestatem hostium, Moabitaram, Ammonitarum, Philistinorum &c. Sed, cum ad pœnitentiam redirent, solitum quoque fuisse Deum, excitare virum aliquem strenuum, per quem liberarentur, ut Jephthe, Gedeonem, Sampsonem &c. ψ. 41. Exacerbaverunt eum in consilio suo, non Dei de Judæis liberandis, sed Judæorum, quo ipsi statuebant à Deo recedere. ψ. 44. Sensus est: fecit cum eis Deus misericordiam, videntibus, & mirantibus iis, qui eos ceperant.

ψ. 45. *Salvos nos fac Domine Deus noster. & congrega nos de nationibus.*

ψ. 46. *Ut consitemur nomini sancto tuo: & gloriemur in laude tua.*

ψ. 47.

✠. 47. *Benedictus Dominus Deus Israel à seculo, & usque in seculum; & dicet omnis populus, fiat, fiat.*

Hâc conclusione precatur Deum, ut omnem populum fidelem congreget de nationibus, h. e. reducat omnes dispersos ad cœtus piorum, ut omnes simul gratias agant Deo, eumque laudent, & glorientur in laude ipsius. Tum concludit laudando Deum: *Benedictus Dominus &c. In æternum; & populus confirmet benedictionem, dicens: fiat, fiat, seu Amen, Amen. Hic est finis libri IV. juxta Hebræos.*

PSALMUS CVI.

Titulus, & argumentum: *Alleluja.*

Laudatur primò Misericordia Dei, quæ liberat homines à 4. communibus miseriis, quas paulo post referemus: ideo quater repetuntur verba v. 6. & 8. Dein in altera parte Psalmi laudatur omnipotentia Dei, quæ solo nutu mutat rerum naturas. Porro per miseriis hic ad literam intellige corporales, quæ mysticè designent spirituales totius humani generis; sed exempla poni in iis rebus, quæ populo Hebræorum propriè contigerunt: liberationem verò perfectam ad solos electos, imperfectam ad omnes pertinere.

✠. 2.

ψ. 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia ejus.*

ψ. 2. *Dicant, qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregavit eos.*

ψ. 3. *A solis ortu, & occasu, ab aquilone, & mari.*

Hâc præfatione hortatur omnes, qui experti sunt misericordias Domini, ut confiteantur laudes Domini, quòd nempe sit verè bonus, nec unquam deficiat misericordia ejus. Et quidem maximè invitatur fideles, quos redemit sanguine unigeniti sui de manu inimici potentissimi, Dæmonis, à quo captivi detinebantur ad ipsius voluntatem. Quòsque congregavit in unum populum, in unam Ecclesiam, in unum Regnum Filii dilectionis suæ, non ex Ægypto, vel Babylone, ut olim Hebræos, sed à mundi partibus. Per *Aquilonem* intellige septentrionem, per *mare Meridiem*, seu partem Australem.

ψ. 4. *Erraverunt in solitudine, in inaquoso, viam civitatis habitaculi non invenerunt.*

ψ. 5. *Esurientes, & sitientes: anima eorum in ipsis defecit.*

ψ. 6. *Et clamaverunt ad Dominum, cum tribu.*

tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos.

¶ 7. Et deduxit eos in viam rectam, ut irent in civitatem habitationis.

¶ 8. Confiteantur Domino misericordia ejus, & mirabilia ejus filiis hominum.

¶ 9. Quia satiavit animam inanem: & animam esurientem satiavit bonis.

Hic ponitur liberatio à primâ miseriâ, quæ est fames, & sitis. Erraverunt Judæi per annos 40. per inviam, & inaquosam solitudinem; & non inveniebant viam, quæ ducit ad civitatem, ubi tutò habitare, & requiescere possent. Erraverunt in solitudine esurientes, & sitientes, quia neque panis ibi reperitur, neque aqua; & ideo vita in ipsis præ fame, & siti defecit. Deficiente humano consilio, conversi sunt ad implorandam opem Dei, qui pro innatâ sibi misericordiâ eos liberavit; & hoc modo eripuit eos de necessitatibus suis, quoniam ostendit eis viam rectam, imò in eam eos deduxit, ut per eam brevi itinere pervenirent ad civitatem suæ habitationis. Justum est igitur, ut tanta beneficia misericorditer præstita hominibus, agnoscantur ab omnibus, ut verè beneficia Dei; & mirabilia

rabilla

rabilia opera exhibita filiis hominum ad eorum liberationem, confiteantur Deo auctori laudem suam : nam mirabili modo homines jejunos pavit, & satiavit optimis cibis, pane de cælo.

Mysticè intellige ignorantiam salutis, quæ plurimi laborant, & quasi extra viam in deserto vagantur, esurientes, & sitientes veritatis cognitionem, fontem sapientiæ, & prudentiæ. Sed præoccupati cognitione, & desiderio temporalium, beatitudinem querunt, ubi non est; & ignorantes finem, viam quoque ad eum ignorare coguntur. Ita vagantes, & errantes civitatem veræ habitationis non inveniunt; semper esuriunt, ac sitiunt, quia temporalia animæ immortalis desiderium satiare non possunt. Sed à Deo redempti, agnoscere incipientes cecitatem suam, clamant ad Dominum, & exaudiuntur: intelligunt, finem ultimum esse Regnum Dei, & medium ad finem esse justitiam ejus; indè esurientes, & sitientes justitiam, ad fontem gratiæ currunt, & repleti ad civitatem cælestem perveniunt, replendi, & satiandi bonis omnibus.

Y. 10. *Sedentes in tenebris, & umbra mortis, vincos in medicitate, & ferro.*

Y. 11.

ŷ. 11. Quia exacerbaverunt eloquia Dei, & consilium Altissimi irritaverunt.

ŷ. 12. Et humiliatum est in laboribus cor eorum: & infirmati sunt, nec fuit, qui adjuvaret.

ŷ. 13. Et clamaverunt ad Dominum, cum tribularentur, & de necessitates eorum liberavit eos.

ŷ. 14. Et eduxit eos de tenebris, & umbra mortis, & vincula eorum dirupit.

ŷ. 15. Confiteantur Domino misericordia ejus, & mirabilia ejus filiis hominum.

ŷ. 16. Quia contrivit portas areas, & vectes ferreos confregit.

Hic ponitur liberatio à secundâ miseriâ, quæ est captivitas. Novi alios, qui ab hostibus capti, & carceribus inclusi sedebant in tenebris, & umbrâ mortis, h. e. densis tenebris: qui simul erant alligati vinculis, redacti ad mendicitatem, onerati ferreis catenis; & meritò: quia non obedierunt præceptis Dei, & consilium Altissimi spreverunt. Superbia cordis eorum humiliata ob labores captivitatis, vinculorum, compedum; captivi enim, velint, nolint, humiles esse coguntur. Et debiles facti sunt, ut non possent resistere adversariis: nec fuit, qui eos juvaret, ne ab hostibus caperentur, & tam duriter haberentur. *Et clamaverunt &c.* Hic ponitur imploratio Divini auxi-

lii, & liberatio ab hâc miseria; cujus gravitatem indicat ista metaphora, *contrivit portas, &c.*, quasi talis esset, qualis eorum est, qui clausi sunt intra portas æreas, quarum vectes ferrei sunt, ut non nisi maximâ vi referari possint.

Mythicè hæc miseria est concupiscentia terrenorum, quæ instar vinculorum hominem ita constringit, ut, ut licèt sciat, veram felicitatem esse quærendam in Deo, mortificatione opus esse, tamen captivus maneat, & progredi non possit, nisi gratia Dei vincula hæc dirumpat. Initium liberationis ducendum est ab humilitate, ut homo intelligens captivitatem suam, & debilitatem virium suarum, humiliatum habens cor in laboribus, & videns, non esse alium, qui adjuvet, nisi unum cælestem Patrem, corde contrito, & humiliato cum intimo gemitu dicat: *Domine, vimpator, respice, & miserere.* Aderit finè dubio misericordia Patris, & educet vincitum de carcere, & vincula dirumpet, ut homo per gratiam Dei liberatus cum lætitiâ dicat: *Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis* Ps. 115. Exemplum hîc habemus in S. Augustino. Vid. L. confess. c. 8. in fine, & 9. ab initio.

ψ. 17. *Suscepit eos de via iniquitatis eorum; propter injustitias suas humiliati sunt.*

ψ. 18. *Omnem escam abominata est anima eorum; & appropinquaverunt usque ad portas mortis.*

ψ. 19. *Et clamaverunt ad Dominum: cum tribularentur; & de necessitatibus eorum liberavit eos.*

ψ. 20. *Misit verbum suum, & sanavit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum.*

ψ. 21. *Confitentur Domino misericordiae ejus, & mirabilia ejus filiis hominum.*

ψ. 22. *Et sacrificent sacrificium laudis, & annuntient opera ejus in exultatione.*

Hic ponitur liberatio à tertiâ miserîâ, quæ est morbus, & languor gravissimus, e. g. inductus per serpentes ignitos. *Suscepit, &c.* subintellige: Vidit Deus quosdam prostratos jacere, & erexit eos de viâ iniquitatis, in quâ miseri jacebant: nam propter injustitias suas humiliati sunt usque ad terram *omnem escam &c.*, hoc demonstrat gravitatem morbi, qui cum cibum non admittat; quo vita sustentatur, mors immineat necesse est. *Misit verbum, &c.*, explicat modum, quo sanati sint, nempe verbo, seu jussu Domini, ejus voluntate, non à serpente æneo, vel aliquâ aliâ re creatâ; non

quòd medicamenta cetera nullam vim habent; sed quia vim à Deo habent, & sinè Dei cooperatione nihil efficere possunt. Cetera patent.

Mysticè intellige infirmitatem naturæ humanæ corruptæ. Multi fatè intelligunt, quid sit agendum, & cupiunt interdum illud perficere, sed vires non habent, vel certè infirmas, donec induantur virtute ex alto. Sape tædio, vel languore quodam affecti, omnem cibum renuit anima eorum, quia quamvis jam eos nec error seducat, nec concupiscentia mala illiciat: tamen non delectat eos verbum Dei, nec ad Cælestia suspirare norunt; & periculum est, ne fames eos non ex inopiâ, sed ex fastidio perimat. Ideo & isti clamare debent ad Deum, ut sanetur palatum cordis eorum, & assuescant lac Divinæ consolationis concupiscere; & cùm inceperint sapere, quæ sursum sunt, & gustare, quàm dulcis sit Dominus, non sibi id tribuant; sed *consistatur Domino &c.*

ÿ. 23. *Qui descendunt mare in navibus facientes operationem in aquis multis.*

ÿ. 24. *Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia ejus in profundo.*

ÿ. 25.

ψ. 25. Dixit, & stetit Spiritus procella, & exaltati sunt fluctus ejus.

ψ. 26. Ascendunt usque ad calos, & descendunt usque ad abyssos, anima eorum in malis tabescebat.

ψ. 27. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum devorata est.

ψ. 28. Et clamaverunt ad Dominum, cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos.

ψ. 29. Et statuit procellam ejus in auram: & filuerunt fluctus ejus.

ψ. 30. Et latati sunt, quia filuerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.

ψ. 31. Confiteantur Domino misericordia ejus, & mirabilia ejus filiis hominum.

ψ. 32. Et exaltent eum in Ecclesia plebis, & in Cathedra seniorum laudent eum.

Hæc est quarta liberatio, nempe periclitantium in mari. Qui navigant mare, & operantur in aquis remigando, vel vela tendendo, aut contrahendo, experimento cognoscunt multa mirabilia opera Dei; quanta sit vis procellæ; quanta elevatio undarum, & fluctuum; quanta vastitas, & profunditas maris; quantus horror etiam fortissimorum inter tot pericula mortis. Dicendo jussit, ut

spiritus procella, seu procella exoriretur, & continuò exorta est: & fluctus maris ascendunt usque ad cælos, & descendunt usque ad abyssos. His visis, navigantium spiritus vitalis, vigor omnis præ timore, & horrore tabescebat: nec vires, nec consilium suppetit: vacillant pedes, nutat iudicium; imò omnis ars, & peritia navigandi à timore nimio quasi absorpta videtur. Cetera patent. Illud & *statuit procellam &c.* significat, fecit, ut procella mutaretur in auram levem, seu in tranquillitatem.

Mysticè intellige malitiam voluntatis, quæ præcipuè sita est in superbiâ: hujus ventus si exagitare incipit mare cordis humani, tunc extolluntur fluctus desideriorum usque ad cælum: *In cælum conscendam. . . similis ero altissimo.* Quòd si illi intrarent in corda sua, & attentè considerarent, quantis cogitationum, suspicionum, timorum, desideriorum, præsumptionis, desperationis procellis continuò agententur, & tandem demergantur in abyssum: sinè dubio clamarent ad Dominum, & ipse misericors, & pius de tantis periculis liberaret eos: mitteret enim spiritum Filii sui in corda eorum, ut doceret eos mansuetudinem & humilitatem, & eo modo, sedatis fluctibus
desi

inferiorum, invenirent requiem animabus suis, & deducerentur in portum tranquillitatis, quem omnis homo naturaliter cupit. Et quoniam hoc est maximum beneficium misericordiae Dei, jure canerent: *Confiteantur Domino &c.* & exaltent Deum in cœtu populi totius, congregati ad laudes Domini celebrandas; nec tantum in cœtu populi, sed etiam in confessu Principum populi, & sapientium senatorum laudent eum.

ψ. 33. *Posuit flumina in desertum, & exiit aquarum in sitim.*

ψ. 34. *Terram fructiferam in falsuginem, & malitia habitantium in ea.*

Post decantatas misericordias Domini in depulsione 4. Miseriarum, laudat Deum ab omnipotentia, & providentia, quâ naturas rerum aliquando permutat, ut indicet, se solum, ac verum earum esse conditorem, & gubernatorem. Ait igitur, Deum, quando illi placuit, sicasse flumina, & fecisse, ut, ubi rivi aquarum abundanter decurrebant, ibi fieret desertum aridum, & siticulosum: *terram quoque fructiferam*: vertisse in terram sterilem, qualis est terra operta sale, in pœnam peccati eorum, qui ibi habitabant. *Vide Gen. 13. & 19.*

¶ 35. *Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum.*

¶ 36. *Et collocavit illic esurientes, & constituerunt civitatem habitationis.*

¶ 37. *Et seminaverunt agros, & plantaverunt vineas, & fecerunt fructum nativitatis.*

¶ 38. *Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis, & jumenta eorum non minoravit.*

Hæc est altera mutatio in contrarium: quando Deus voluit, fecit, ut in locis desertis, & aridis existerent flumina; & terra, quæ erat sine aqua, abundaret rivis aquarum. Et in iis locis, aliàs incultis, & desertis, fecit, ut frequentes homines habitarent, urbes construerent, terram colerent, fructus inde perciperent; multiplicarentur valde tum homines, tum jumenta ipsorum. Videtur Propheeta hîc loqui de propagatione generis humani post diluvium. S. Aug. allegoricè intelligit synagogam Judæorum, & Ecclesiam gentilium: prior abundabat aquis verbi Dei, & veluti terra fœcunda, & culta proferebat Prophetas, sacerdotes; habebat altaria, sacrificia, miracula, visiones; nunc deserta arida versa est in falsuginè, contra gentilitas deserta, & inaquosa, conversa est in stagna aquarum, & facta est fœcunda, ac fructibus omnium generum re-

fertis-

fertissima, h. e. cœpit esse populus Domini, Ecclesia vivi Dei, gens Sancta, Regnum sacerdotale, in quo solo verum est sacrificium, veri sacerdotes, vera miracula, vera sanctificatio, vera sapientia, demum Spiritus Sancti charismata omnia.

ŷ. 39. *Et pauci facti sunt, & vexati sunt à tribulatione malorum, & dolore.*

ŷ. 40. *Effusa est contemptio super Principes, & errare fecit eos in invio, & non in via.*

ŷ. 41. *Et adjuvit pauperem de inopia, & posuit sicut oves familias.*

ŷ. 42. *Videbunt recti, & latabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os suum.*

Docet, nihil in terris esse perpetuum, aut stabile: nam illi, quos Deus aliquando benedixit, & benedicendo multiplicavit; paulò post, exigentibus peccatis eorum, imminuti sunt, & ad paucitatem redacti: & qui paulò antè florebant omnibus bonis, iidem cæperunt angustiis, & persecutionibus premi. Nec solum privatis hominibus hoc accidit, sed etiam Principibus, quos Deus propter eorum peccata contemptibiles reddidit, quia sapientia, ac prudentiâ eos privatos, permisit in multis, magnisque rebus errare. Sed eodem tempore non defuerunt viri probi,

quos Deus sublevavit de inopiâ, & pavit ad
rexit ut proprias oves. Ex quo factum est per
Divinam providentiam, ut tandem viri justi
latarentur, & iniqui confusi remanerent.

ÿ. 43. *Quis sapiens, & custodiet hæc, & intel-
liget misericordias Domini?*

Concludit ex dictis; illum verè sapien-
tem esse, qui observabit, & custodiet in cor-
de suo suprâ dictas vicissitudines rerum; &
intelliget, quemadmodum in omnibus ap-
pareat ineffabilis misericordia Dei erga pios
homines, & timentes Deum. Dicit autem:
quis sapiens? quoniam paucorum est ista sa-
pientia, & stultorum infinitus est numerus.

PSALMUS CVII.

Paratum cor meum Deus.

*Hic Psalmus non eget explanatione: con-
stat enim ex parte extremâ Psalmi 56. à v. 10.
& 59. à v. 5. Cur autem hic Psalmus additus
sit ad alios, cum nihil novi contineat, ratio vi-
detur fuisse, ut compleretur numerus 150. Psal-
morum; nisi forte subsit aliqua alia ratio ma-
gis recondita, nec nota cuilibet.*

ÿ. 1. *Paratum cor meum Deus, paratum
cor meum: cantabo, & psallam in gloria mea.*

ÿ. 2. *Exurge gloria mea, exurge psalterium
& cithara; exurgam diluculo.*

ÿ. 3.

¶ 3. Confitebor tibi in populis Domine: & psallam tibi in nationibus.

¶ 4. Quia magna est super calos misericordia tua, & usque ad nubes veritas tua.

¶ 5. Exaltare super Calos Deus, & super omnem terram gloria tua, ut liberentur dilecti.

¶ 6. Salvum fac dextera tua, & exaudime: Deus locutus est in Sancto suo.

¶ 7. Exultabo, & dividam sichimam, & convallem tabernaculorum dimetiar.

¶ 8. Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei.

¶ 9. Juda Rex meus: Moab lebes spei mea.

¶ 10. In Idunaam extendam calceamentum meum, mihi alienigena amici facti sunt.

¶ 11. Quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me usque in Idunaam?

¶ 12. Nonne tu Deus, qui repulisti nos? & non exhibis Deus in virtutibus nostris.

¶ 13. Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis.

¶ 14. In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

PSALMUS CVIII.

Titulus: In finem Psalmus David.

Argumentum est prophetia per modum impre-

imprecationis adversus Judam, & Judæos Christi persecutores.

✠. 1. *Deus laudem meam ne tacueris; quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.*

Rogat Christus homo Deum Patrem, ut laudem ejus, h. e. innocentiam, charitatem &c. non taceat. Hoc implerunt Apostoli ubique Christum prædicantes, item Martyres, confessores, Doctores &c. Addit rationem: *quia os peccatoris, & dolosi Caiphæ, & Judæ, vel generatim populi Judaici super me apertum est.* Erant peccatores, quia eum oderant; erant dolosi, quia fingentes amicitiam capere volebant in sermone.

✠. 2. *Locuti sunt adversum me lingua dolosa, & sermonibus odii circumdederunt me: & expugnaverunt me gratis.*

Declarat ✠. 1. nam locuti sunt de me dolose, laudantes me, ut Magistrum bonum, & interim insidiantes mihi, ut caperent in sermone: insuper apertis verbis manifestarunt odium, quod gerebant in corde, dicentes: *Non est hic homo à Deo: ecce homo vorax, & potator vini &c.* Interim sine ullâ causâ me expugnaverunt, græcè, hebraicè, oppugnaverunt.

✠. 3.

§. 3. *Pro eo ut me diligere, detrahebant mihi : ego autem orabam.*

Explicat illud *gratis* : nam cum rependere deberent amorem amori, illi vice dilectionis detrahebant mihi : ego tamen non reddidi mala pro malis ; sed orabam Deum pro illis.

§. 4. *Et posuerunt adversum me mala pro bonis & odium pro dilectione mea.*

Idem clariùs repetit : rependerunt mihi maledictionem pro benedictione , odium pro amore, vulnera pro curationibus, mortem corporis pro vitâ spiritûs.

§. 5. *Constituë super eum peccatorem, & Diabolus stet à dextris ejus.*

Transit ad Judam, & per modum imprecationis futura prædicit. Constituës super eum spiritum avaritiæ, cui serviet infelicitè usque ad mortem : & diabolus erit Dux ejus in operibus malis, & illi perpetuò assistet, & ad nocendum proprio etiam Magistro incitabit.

§. 6. *Cum judicatur, exeat condemnatus, & oratio ejus fiat in peccatum.*

Prædicit infelicissimum exitum Judæ. *Cum judicatur* à Deo in exitu de hâc vitâ, exhibit condemnatus ; &, si fortè oraverit Deum, oratio ejus non solùm non impetret veniam, sed ipsa fiet ei in peccatum, non quia oravit, ali-

às

às omnis oratio peccatoris esset peccatum, sed quia oravit sine spe veniæ, & desperans laqueo se suspendit.

ψ. 7. *Fiant dies ejus pauci, & Episcopatum ejus accipiat alter.*

Hunc ψ. S. Petrus allegat Act. 1. Fient dies ejus pauci, seu intelligas dies Apostolatus, seu dies ejus post commissum peccatum. Et Apostolatum ejus accipiet alter, nempe Matthias.

ψ. 8. *Fiant filii ejus Orphani, & uxor ejus vidua.*

Impleta est prophetia in excidio Hierosolymæ, ubi omnes ferè viri interierunt, & relictæ sunt plurimi Orphani, & plurimæ viduæ; item filii Judæ per mortem ejus facti sunt Orphani, & uxor vidua.

ψ. 9. *Nutantes transferantur filii ejus, & mendicent; & ejiciantur de habitationibus suis.*

Explicat ærumnas filiorum Judæ, & ceterorum Judæorum, eos nempe instabiles vagaturos, & mendicatueros in alienâ regione, quoniam, eversâ Hierosolymâ, de habitationibus, seu domuum ruinis ejicientur.

ψ. 10. *Scrutetur fœnerator omnem substantiam ejus; & diripiant alieni labores ejus.*

Ratio, cur filii Judæ, & ceteri Judæi facti sunt

ſintrauperrimi: quia creditores eorum, quibus ſolvendo non erunt, diligentiffimè quærent, & accipient ſubſtantiam eorum, & ſi quid ſuperfuerit ex labore eorum, diripient alieni, milites ſcil. Titi Imperatoris.

ſ. 11. Non ſit illi adjutor; nec ſit, qui miſereatur pupillæ ejus.

Hoc impletum eſt in Judâ, & Judæis. Judas cùm pecunias referret ad ſacerdotes, nihil auxilii, vel ſolatii accepit, nec à Chriſto veniam ſperavit. Judæi à Romanis obſeſſi neminem habuerunt, qui eos juvare auderet.

ſ. 12. Fiant nati ejus in interitum; in generatione una deleatur nomen ejus.

Prædicat, filiis Judæ mortuis, interiturum omnino nomen ejus in generatione unâ, ut non remaneant filii filiorum, ſeu generatio ſecunda. Judæi licèt non omnino extincti ſint, ita tamen interierunt, & diſperſi ſunt, ut non ſint ampliùs unus populus, ſeu Regnum.

ſ. 13. In memoriam redeat iniquitas Patrum ejus in conſpectu Domini; & peccatum matris ejus non deleatur.

Addit ad calamitates Judæ, & Judæorum, ut peccata parentum in iis puniantur. Vocat Patres non ſolùm patrem ejus naturalem, ſed omnes eos Hebræos, qui olim peccaverunt.

Per

Per matrem intellige tum propriam, tum Synagogam.

¶. 14. *Fiant contra Dominum semper, & dispereat de terra memoria eorum, pro eo, quod non est recordatus facere misericordiam.*

Idem repetit: vivet coram Deo memoria peccatorum patris, & matris eorum, ut pœna semper maneat: & contrà dispereat de terrâ memoria gloriæ, & felicitatis ipsorum. Illud *contra*, hebraicè, & græcè est *coram Domino*. Illud *memoria* non significat simplicem, sed faustam commemorationem.

¶. 15. *Et persecutus est hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare.*

Explicat crudelitatem Judæ, & Judæorum. Christus dicitur *inops*, quia cùm esset dives, propter nos egenus factus est, ut nos ditaret; quia ex alienâ misericordiâ vivere voluit; *compunctus corde*, non ob culpam, sed pœnam & sollicitudinem, quam pro salute nostrâ in corde gerebat.

¶. 16. *Et dilexit maledictionem, & venit ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.*

Judas tradendo Christum ob cupiditatem modicæ pecuniæ, *dilexit*, h. e. ipse sibi causa fuit, cur malediceretur à Deo; & Christum *deserendo*, in quo benedicendæ erant omnes

generationes, ipse sibi causa fuit, cur non benediceretur à Deo. Idem de Judæis dici potest.

¶. 17. *Et induit maledictionem sicut vestimentum, & intravit sicut aqua in interiora ejus, & sicut oleum in ossibus ejus.*

Declarat pulcerrimis similitudinibus, maledictionem Divinam esse cumulum malorum omnium, tum externorum, quod exprimit *vestimento* corpus undique tegente; tum internorum, quod exprimit *aquâ*, subeunte stomachum, ventrem, pectus &c., maximè *oleo*, quod ipsa etiam ossa pervadit. Igitur maledictio Dei Judæ, Judæis, & omnibus reprobis replebit totum corpus, totam animam. Utinam mortales omnes hæc seriò cogitarent!

¶. 18. *Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur, & sicut zona, qua semper præcingitur.*

Addit, maledictionem illam fore perpetuam. Semper adhæreat Judæ, & Judæis maledictio illa, ut vestis semper adhæret homini, ne turpitude ejus appareat; imò firmissimè adhæreat, ut cingulum firmissimis, & multiplicibus nodis adstringi solet.

¶. 19. *Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum; & qui loquuntur mala adversus animam meam.*

Concludit prædictionem miseriarum Judæ. Hæc erit merces operis eorum apud Dominum, h. e. à Domino, qui me seductorem vocant, qui Filium Dei negant &c. *Et qui loquuntur &c.* Idem est.

✠. 20. *Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum, quia suavis est misericordia tua.*

Jam inducit Christum orantem pro se, & Ecclesiâ suâ, & multa bona prædicentem. Et tu Domine semper mecum adsis; primò quia Dominus es rerum omnium, & ideo potes hostes tuos reprimere; secundò quia sic nomen tuum extollitur; quia misericordia tua benigna est, & ideo vis misereri.

✠. 21. *Libera me, quia egenus, & pauper ego sum: & cor meum conturbatum est intra me.*

Pergit in oratione in personâ Christi in hortu. Libera me ab imminente morte, quia omni humano auxilio destitutus, non habeo, qui pugnet pro me; horror, & tristitia ex consideratione mortis futuræ turbavit me. Quod pertinet ad Corpus Christi, seu Ecclesiam, petitur liberatio à persecutionibus, & tentationibus, quia cœtus Ecclesiæ egenus, & pauper est, h. e. non nititur viribus suis, sed tanquam verè mendicus, in solo Deo confidit.

✠. 22.

ψ. 22. *Sicut umbra cum declinat, ablatum sum,
& excussus sum sicut locusta.*

Hæc pertinent ad comprehensionem Christi. *Ablatus sum* à comitatu discipulorum, eo silentio, quo declinans umbra deficit, & jactatus sum ab uno tribunali ad aliud, *sicut locusta*, vilissima animalia à vento jactari solent de loco in locum, & ad crucem adductus sine murmure, resistentiâ, defensione.

ψ. 23. *Genua mea infirmata sunt à jejunio, & caro mea immutata est propter oleum.*

Describitur debilitas Christi ex jejunio, adjunctâ vigiliâ, & labore illius noctis, & sequentis diei, quo passio peracta est. Genua mea debilitata sunt à jejunio, & caro mea macie, & pallore confecta apparuit *propter oleum*, seu, ut clariùs in Hebræo, propter pinguedinem suam amissam.

ψ. 24. *Et ego factus sum opprobrium illis; viderunt me, & moverunt capita sua.*

Concludit passionem: nam post illam debilitatem factus est Dominus opprobrium Judæis, qui eum in medio latronum crucifixum videntes, moverunt capita sua, dicentes: *Vah qui destruis templum Dei &c.*

ψ. 25. *Adjuva me Domine Deus meus; saluum me fac secundum misericordiam tuam.*

Precatur Dominus, exiens de corpore, auxilium Patris ad celerem resurrectionem. Vide Pl. 21. & 68. Ecclesiæ suæ orat veram salutem corporis, & animæ.

v. 26. Et sciant, quia manus tua hæc : & tu Domine fecisti eam.

Ostendit, Judæos non suâ potentiâ in Christum prævaluisse, sed accidisse omnia ex voluntate Dei. *Et sciant* homines omnes, præsertim Judæi, quia hæc res, hæc passio, hæc mors mea à manu seu potestate, & voluntate tuâ processit : *& tu Domine fecisti eam* : nec enim potuissent Judæi, aut gentes Christum affligere, & occidere, nisi Deus voluisset. Judæi tamen peccaverunt, quia Christum occiderunt non ut voluntatem Dei implerent, sed odium cordis sui : Deus autem malâ Judæorum voluntate, quam ipse non fecerat, usus est ad Mundum redimendum per obedientiam, charitatem, patientiam, humilitatem unici sui.

v. 27. Maledicent illi, & tu benedices ; qui insurgunt in me, confundantur : servus autem tuus latabitur.

Persecutores ignorantes hæc, quæ dicta sunt, *maledicent mihi*, & Ecclesiæ meæ, ut hæctenus blasphemare pergunt Judæi. *sed tu bene.*

videt, me glori
entem tuam,
entes gentes in
: ex quo fiet,
infundantur ;
eternum latenti
v. 28. *In dicitur*
operantur fieri
jam dicta con
catonis prædici
adversarios tand
& pudore in bar
hominem oper
omnino imple
v. 29. *Conspice*
in melio multorum
Hoc opponitur
tus autem, & e
Deo magno et
idque in medio
rarum, in die
letis Jerusalem
v. 30. *Quia*
Jesus fuerit a p
hæc est ratio
quia Deus vult
Christi, & opul

benedices, me glorificando, & exaltando ad dexteram tuam, & propter me adoptando omnes gentes in filios per Fidem, & Baptisma: ex quo fiet, ut persecutores mei tandem confundantur; ego autem, & fratres mei in æternum lætentur.

¶. 28. *Induantur, qui detrahunt mihi, pudor & operiantur sicut diploide confusione sua.*

Jam dicta confirmat, & per modum imprecationis prædicit, omnes Christi, & Ecclesiæ adversarios tandem cooperiendos confusione, & pudore instar vestimenti duplicis, undique hominem operientis. Prophetia in die Judicii omnino implebitur.

¶. 29. *Confitebor Domino nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum.*

Hoc opponitur confusioni impiorum. Christus autem, & electi ejus confitebuntur laudes Deo magno clamore, & jubilationis affectu, idque *in medio multorum*, in theatro orbis terrarum, in die Judicii, & postea in theatro cælestis Jerusalem in æternum.

¶. 30. *Quia astitit à dexteris pauperis, ut salvam faceret à persequentibus animam meam.*

Hæc est ratio tantæ confessionis, & laudis: quia Deus auxilio suo astitit à dexteris pauperis Christi, & populi ejus, ut salvaret à persequentibus

tibus Judæis vitam temporalem Christi per celerem resurrectionem, & à persequentibus tum hominibus, tum dæmonibus vitam æternam electorum ejus. *Pauperem* puta, qui diffidens sibi, in Deo confidit, & exuens affectum terrenorum, in solo Deo divitias suas collocat.

PSALMUS CIX.

Titulus, & argumentum : *Psalmus David.*

Hic Psalmus celeberrimus est, tum magnitudine mysteriorum, tum obscuritate sententiarum. Quidquid fabulentur Judæi, Christianis certum est, hic agi de Christi Regno, & sacerdotio, ita explicante Spiritu S. Matth. 22. Act. 2. I. Cor. 15. Hebr. 5. 7. 10.

ψ. 1. *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.*

Vidit in spiritu David, Messiam post mortem, & resurrectionem, ascendentem ad Cælum, & refert ad nos verba Dei Patris ad Filium, quibus eum invitat ad confedendum, & conregnandum. *Sessio* est ineffabilis quies, & summa potestas regia; *dextra* significat æquale jus in omnia creata.

ψ. 2. *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*

Significat, Regnum Christi nunquam finien-

niendum aut ab inimicis evertendum, quos
statuit omnino omnes illi paulatim subdere;
quæ prophetia perfectè implebitur in die ju-
dicii.

¶ 3. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex
Sion: Dominare in medio inimicorum tuorum.*

Jan conversus ad Filium prophetizat, un-
de incipienda esset in terris propagatio Reg-
ni Christi. Dominus Pater sceptrum Regalis
potentiæ tuæ ex urbe Jerusalem extendere in-
cipiet. Tum faustè Filio acclamat: *dominare,*
inferubique vexillum crucis tuæ, invitis li-
cèt inimicis paganis, Judæis &c.

¶ 4. *Tecum principium in die virtutis tuæ, in
splendoribus sanctorum: ex utero ante luciferum
genui t.*

Dixerat, *dominare &c.* puta eo tempore,
dum Regnum Christi ab inimicis oppugna-
tur; jan addit, quid futurum sit in fine Mun-
di. Apud te solum esse verum principatum,
patebit omnibus in die novissimo, dum po-
tentiâ tuâ Cœlum movebis, Solem obscura-
bis, terram concuties, mortuos excitabis &c
quando circumdatus eris Sanctis tuis, qui om-
nes fulgebunt sicut Sol. Et hic principatus i-
deo tecum erit, quia ego Deus Pater genui te
non ex nihilo, ut cetera, sed *ex utero meo, ut
filium*

filium naturalem, & consubstantialem, id-
que antequam stellas crearent, h. e. ante om-
nia sæcula.

¶ 5. *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum,
tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Mel-
chisedech.*

Transit à dignitate Regiâ ad Sacerdotalem.
Juravit Dominus, h. e. stabilivit promissio-
nem suam, nunquam mutaturus. Tum sub-
dit verba Dei: *Tu es &c.* Christus est Sacer-
dos in æternum; seu *in æternum*, h. e. ad fi-
nem Mundi per manus Ministrorum se offert.
Illud *ordinem* significat ritum, legem, traditi-
onem &c.

¶ 6. *Dominus à dextris tuis confregit in die
iræ suæ Reges.*

Alloquitur Deum Patrem: Christus verè e-
rit sacerdos in æternum, nam ipse sedens à
dextris tuis, in die, quâ irascetur inimicis su-
is, Regibus terræ, Ecclesiam suam perse-
quentibus, confringet eos, Neronem, Do-
mitianum, Maximinum &c. &c. Illud con-
fregit prophetia est pro confringet

¶ 7. *Judicabit in nationibus, implebit ruinas,
conquassabit capita in terra multorum.*

Nec solum Christus in præfati tempore
confringet hostes suos, Reges, ac Principes
terræ

terre; sed etiam
omnes, &
immabit ultim
omnes super
terra, quam hu
¶ 8. De terr
abit caput.

Quia Christi
passioni sponte
salute humani
gloria celesti,
siturus iudex

Tritulus, &
Tritulus
tum; unde indi
dem Dei.

¶ 1. Confit
in consilio iust
Explicat n
bet Deus. La

paucos iustos,
conveniant. Sa
ceni multorum
tine.

¶ 2. Magna
voluntate ejus

terra; sed etiam in fine sæculi iudicabit nationes omnes, &, condemnatis impiis, consummabit ultimum exterminium, & conteret omnes superbos, quorum plures sunt in terrâ, quàm humiles, & pii.

v. 8. De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.

Quia Christus in vitâ suâ mortali se tantæ passioni sponte subiecit pro gloriâ Patris, & salute humani generis, ideo exaltabitur in gloriâ cælesti, sedens ad dextram Patris, constitutus Iudex omnium &c.

PSALMUS CX.

Titulus, & argumentum: *Alleluja*

Titulus hic significat, laudate Dominum; unde indicat, argumentum Psalmi esse laudem Dei.

v. 1. Confitebor tibi Domine in toto corde meo: in consilio justorum, & congregatione.

Explicat modum, quo utiliter laudari debet Deus. Laudabo te toto corde, tum inter paucos justos, sive in loco secreto, ubi soli conveniunt sapientes ad consilium; tum in cœtu multorum, & eorum prorsuscua multitudine.

v. 2. Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates ejus.

Laudat primùm ab operibus in communi, quòd nempe Deus laude dignus sit, quòd omnia opera ejus magna sint, & quòd sint ita perfecta, ut ad omnem usum Deo serviant. Hæc laus soli Artifici Deo propria est; & licet solum liberum arbitrium, peccando, Dei voluntati repugnare videatur, de eò tamen facit Deus, quod vult: vel enim reformat illud per gratiam, vel punit per justitiam; & nisi ipse permitteret, liberum arbitrium non peccaret.

✠. 3. *Confessio, & magnificentia opus ejus, & justitia ejus manet in sæculum sæculi.*

Transit à creatione ad gubernationem. *Opus*, seu operatio, quâ Mundum regit, est materia confessionis, seu laudis, & gratiarum actionis; & indicat magnificentiam Dei, quia prospicit omnibus abundanter: insuper gubernat justissimè, cum semper servet promissa, nec ulli faciat injuriam. Dum Deus finit E. g. pios premi ærumnis, judicia habet nobis occulta, sed non injusta.

✠. 4. *Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors, & miserator Dominus: escam dedit timentibus se.*

Descendit ad particulare quoddam opus providentiæ Dei: Manna, quòd in deserto
escam

escam dedit timentibus, seu colentibus se, fuit opus magnæ misericordiæ non solum præsentibus, quos aluit, sed & posteris, quibus reliquit urnam manni plenam, in memoriam miraculorum, quæ patrauerat in deserto.

¶ 5. *Memor erit in seculum testamenti sui : virtutem operum suorum annuntiabit populo suo.*

Perget Deus continuâ providentiâ, & protectione se memorem ostendere fœderis, & promissorum suorum, & populo ostendet fortitudinem operum suorum, convertendo Jordanem retrorsum, clangore tubarum evertendo muros Jericho, sistendo solem, & lunam ad imperium Josue &c.

¶ 6. *Ut det illis hæreditatem gentium : opera manuum ejus veritas, & judicium.*

¶ 7. *Fidelia omnia mandata ejus : confirmata in seculum sæculi, facta in veritate, & equitate.*

Hoc erat testamentum, seu pactum initum cum Abraham, ut daret illis, fidelibus suis terram Palæstinæ, quam gentiles Chananæi, ut propriam hæreditatem, & possessionem obtinebant. Et hæc facta sunt cum magnâ veritate, h. e. fidelitate, & justitiâ. Deus promiserat Abraham, se terram illam ejus posteris daturum, & ideo hoc opus Dei factum est in veritate; expulsio chananæorum facta est post imple-

inpletam ab ipsis peccatorum mensuram; & ideo hoc opus Dei factum est in iustitiâ. Subdit: omnia præcepta Dei fidelia sunt, seu pœnam adferant peccatoribus, seu præmia observatoribus: insuper immutabilia sunt, & stabilita æternâ firmitate, quia condita sunt in fidelitate, & iustitiâ.

ψ. 8. *Redemptionem misit populo suo: mandavit in æternum testamentum suum.*

Transit ad beneficium longè excellentius Testamenti novi. Post hæc misit Redemptorem tam sæpe promissum, & tamdiu expectatum, qui populum liberavit de servitute peccati, & Dæmonis pretio sanguinis sui; & hoc modo iussit, & statuit, ut æternum esset hoc pactum de possessione patriæ cælestis.

ψ. 9. *Sanctum, & terribile nomen ejus: initium sapientia timor Domini.*

Docet modum permanendi in testamento Domini, ut assequamur promissiones ejus. Quia sanctus est, odit omnem immunditiam peccati; & simul punit immundos, quia terribilis est: propterea illi verè incipiunt sapere, qui timendo Dominum cavent à peccatis, & sic postea ab iis cavent Deum amando.

ψ. 10. *Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio ejus manet in seculum sæculi.*

Decla- j

Declarat, quod
de timorem
I
par est sapi
uncto facient
ciendum: &
qui laudabunt

T
Titulus & a
fuit Ag
Fidetur Da
nm, & Zachar
vivatis, re
monasse, qu
mentis Deum
et ad prohibita
vitam.

ψ. 1. Beati
mandatis ejus

Hac edip
bat, ut suade
Sed quia non
adit: qui ex
benignitate im

ψ. 2. Potens
ritumum benefi

Primitivus
explicando pe

Declarat, quod dixit, initium sapientiae esse timorem Domini: *Intelligentia quidem, quae pars est sapientiae, bona est, sed ex timore Sancto facientibus, quod scientia docet esse faciendum: & qui hoc facit, erit unus ex iis, qui laudabunt Deum in saeculum saeculi.*

PSALMUS CXI.

Titulus & argumentum: *Alleluja, reverentis Aggai, & Zachariae.*

Videtur David in Spiritu previdisse Aggaim, & Zachariam, post expletum tempus captivitatis, rediisse ad populum, eumque admonuisse, quanta sit felicitas viri justis, ac timentis Deum, ut hoc exemplo exhortetur alios ad probitatem, ne incidant in similem captivitatem.

ψ. I. *Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus volet nimis.*

Hæc est propositio, quam postea variè probat, ut suadeat omnibus pietatem. *Beatus &c.* Sed quia non quicumque timor facit beatum, addit: qui ex eo timore in mandatis ejus libentissimè implendis versabitur.

ψ. 2. *Potens in terra erit semen ejus, generatio rectorum benedicetur.*

Prima felicitas hominis timentis Deum est multitudo prolium, nam in veteri lege benedictio

rum mentis
est in iustitia
fidelis sunt, facti
s, seu prezimio
mirabilia sunt, &
qua condita sunt

populo suo: me
um.
ingè excellenti
miti Redemptio
n, & tandem ex
beravit de lertio
tio sanguinis su
t, ut aternume
patris celestis
nomen ejus: in

ndi in testam
romissiones eju
in immunditia
ndos, quia ter
incipiunt sape
coerent à pecco
Deum amando
videtur facientib
etiam fecit.
Dicit]

nedictio ut plurimum consistebat in fœcunditate, etsi non semper. Si Psalmum intelligis de fructu bonorum operum, ex semine gratiæ cœlestis prodeunte, felicitas erit perpetua, quia justus assiduè serit bona opera, ex quibus magnam messem suo tempore colliget.

ÿ. 3. *Gloria, & divitia in domo ejus, & justitia ejus manet in seculum seculi.*

Secunda felicitas, etsi non semper, est honorum, & opum abundantia, quæ tamen non inducit ad peccatum, & justitiam corrumpat. Si sensus est de gloriâ internâ, de bonæ conscientiæ testimonio, de divitiis fidei, felicitas æterna est.

ÿ. 4. *Exortum est in tenebris lumen rectis, misericors, & miserator, & justus.*

Tertia felicitas: hominibus *rectis*, timentibus Deum, affulsit lumen consilii, & consolationis in tenebris dubitationum, & tribulationum, quod lumen est ipse Deus *misericos* & *miserator*, & *justus*, qui misericordiam facit misericordibus, & justum est, ut hi misericordiam consequantur.

ÿ. 5. *Fecundus homo, qui miseretur, & commodat, disponet sermones suos in judicio: quia in æternum non commovebitur.*

Quar-

Quarta felicit
alget offension
umans; quod
alis: facile exi
ona opera ma
Quinta felici
naturitate jud
do, ut nemini
modi maxima
nes dic. Et ide
previdet prud
ciat, eum co
ÿ. 6. In me
tione mala non
Sexta felicitas
sam apud hom
bunt; & apud
punit in libro
timebit à de
impiorum, i
maledicti er.
ÿ. 7. Parata
feracum est con
deprecatur inimico
Septima felici
periculo immi
gratum habet ad

Quarta felicitas : timens Deum facile indulget offensiones , miserando fragilitates humanas ; quod est genus eleemosynæ spiritualis : facile etiam commodat egentibus ; quæ bona opera maximam pariunt lætitiã.

Quinta felicitas : dispensabit verba sua cum maturitate iudicii, seu prudens erit in loquendo , ut neminem lædat ; sic evitantur incommoda maxima , inimicitia , rixæ , detractio- nes &c. Et ideo prudens in verbis erit , quia prævidet prudenter omnia , ut quidquid accidat , eum commovere non possit.

¶. 6. In memoria aeterna erit justus , ab auditione mala non timebit.

Sexta felicitas : vivet per memoriam gloriosam apud homines , qui laudes ejus enarrabunt ; & apud Angelos , quia nomen ejus scriptum in libro vitæ nunquam delebitur. Nec timebit à detractio- nibus , reprehensionibus impiorum , nec ab illâ sententiã Judicis : *ite maledicti &c.*

¶. 7. Paratum cor ejus , sperare in Domino , confirmatum est cor ejus , non commovebitur , donec despiciat inimicos suos.

Septima felicitas : in omni adversitate , seu periculo imminente cor ejus paratum , refugium habet ad Deum , de cujus ope nunquam diffi-

diffi-

diffidit : *confirmatum est cor ejus* in hac fiducia, ut nullum ei sit periculum, ne ab illâ fortè deficiat : nec hunc defectum timebit, dum periculum ab inimicis durabit ; multò autem minùs timebit, cum eos ùt prostratos, & devictos videbit, positus in cælo.

✠. 8. *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in saculum sæculi, cornu ejus exaltabitur in gloria.*

Octava felicitas est gratia bene utendi divitiis. Opes suas non abscondit, sed sparsit in pauperes ; ex quo duo bona consequitur : *justitiâ*, bonum opus ejus conservatur apud Deum, oliâ plenè remunerandum ; deinde *potentiâ*, & *gloriâ* augebitur in vitâ, seu opibus crescet, & honorabitur.

✠. 9. *Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet, desiderium peccatorum peribit.*

Ultima felicitas : timens Deum omnem invidiam superabit. Peccator considerabit bona opera ipsius, & ejus felicitate, ac invidiâ torquebitur, & *irascetur* sorti ejus : & instar rabidi canis *fremet* adversùs illum, & præ dolore *tabescet*. Sed interim *desiderium impii*, quo cupit perditionem justî, non implebitur, sed

sed unà cum ipso impio peribit. Ergo felix,
qui timet Dominum.

PSALMUS CXII.

Titulus, & argumentum: *Alleluja.*

*Hortatur cultores Dei ad ipsum Deum
laudandum, ob id potissimum, quod, cum sit
altissimus, tamen non dedignatur ad nos oculos
inclinare, & multis nos beneficiis afficere.*

*ψ. 1. Laudate pueri Dominum, laudate no-
men Domini.*

Per pueros intellige servos Dei simplices,
puros, ad nutum Dei paratissimos. O vos om-
nes, qui servi estis Dei, purâ mente cogitate
magnitudinem Domini, & toto cordis affe-
ctu ejus nomen, h. e. potentiam, & gloriam
infinitam laudate.

*ψ. 2. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc
nunc, & usque in seculum.*

Declarat modum laudandi Deum. Jam in-
cipite laudare Deum, & sinè fine laudate, sive
prospera, sive adversa contingant, sive in hâc
vitâ, sive in futurâ, & cum S. Job semper
dicite: *Sit nomen Domini benedictum.*

*ψ. 3. A solis ortu usque ad occasum, laudabile
nomen Domini.*

Hic, & deinceps declarat materiam laudis
Dei. Per totam Mundi amplitudinem à prin-

G

cipio

incipio usque ad finem, laudabile est nomen Domini, propter opera ejus, quibus ab omni parte plenus est Mundus.

¶. 4. *Excelsus super omnes gentes Dominus, & super calos gloria ejus.*

Deus non solum longè eminent super omnes, etiam potentissimos Reges, ac Principes terræ, sed etiam gloria ejus transcendit cælos omnes, & qui habitant in eo.

¶. 5. *Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in calo, & in terra.*

Laudat nunc Deum ab admirabili benignitate, quæ conjuncta cum tantâ sublimitate mirabilior apparet: licet enim sit excellentissimæ, & sublimissimæ naturæ, tamen à superbis, sive Angelis in cælo, sive hominibus in terrâ, oculos avertit, & humiles respicit seu eorum miseretur.

¶. 6. *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem.*

¶. 7. *Ut collocet eum cum Principibus, cum Principibus populi sui.*

Declarat, cur Deus respiciat humiles, ac dicit, id eum facere, ut eos exaltet. Licet hæc applicari possint singulis hominibus, ut Josepho Patriarchæ, Moyse, Davidi &c.,

quos

quos ex infim
um: apollit
nt generi hu
um. Genus i
stercore pe
um miseriu
calo respici
opem, homi
relictam lem
miseriarum,
lar, non quit
populi sui, pol
exaltatio à pe
ni temporal
deatur; verè
exaltatio est,
ad dispensand
ne reddenda
juncta cum i
riculo ætern
à statu peccat
beate immor
lorum, ad col
lum Deum be
magna, & app
¶. 8. Qui h
trem jorum b

quos ex infimo gradu Deus evexit ad sum-
 mum : aptissimè tamen hi duo ψψ. conveni-
 unt generi humano , seu pufillo gregi electo-
 rum. Genus humanum jacebat in terrâ , &
 in stercore peccati originalis , & consequen-
 tium miseriarum : & tamen Deus sedens in
 cælo respexit in terram , & indè suscitavit in-
 opem , hominem spoliatum à latronibus , &
 relictum semivivum , & jacentem in stercore
 miseriarum , ut collocaret eum *cum Principi-*
bus , non quibuscunque , sed *cum Principibus*
populi sui , possessoribus Regni Cælestis. Nam
 exaltatio à paupertate temporali ad opes Reg-
 ni temporalis , etiamsi nobis magna esse vi-
 deatur ; verè tamen exigua , ac penè nulla
 exaltatio est , cùm opes Regni caducæ sint , &
 ad dispensandum traditæ ; & cum obligatio-
 ne reddendæ rationis in die judicii , & con-
 junctæ cum magna afflictione spiritûs ; & pe-
 riculo æternæ salutis amittendæ. At exaltatio
 à statu peccati , & mortis ad statum gloriæ , &
 beatæ immortalitatis , ad æqualitatem Ange-
 lorum , ad consortium boni illius , quod ip-
 sum Deum beatum facit ; hæc vera , & verè
 magna , & appetenda maximè exaltatio est.

ψ. 8. *Qui habitare facit sterilem in domo , ma-*
trēm filiorum lacrantem.

Potest hoc referri ad singulas fœminas, Saram, Rebeccam, Rachelem, Annam &c., quas (utî humiles viros respexit, eos exaltando) pariter respexit de sterilitate perducendo ad fœcunditatem. Altiori sensu pertinet ad Ecclesiam, ex gentibus congregatam, quæ longo tempore mansit sterilis, sed in senectute peperit plurimos. *Vide Galat. 4. Isa. 54.*

PSALMUS : CXIII.

Titulus : *Alleluja.*

Argumentum : *decantat mirabilia opera Dei, dum educeret filios Israel de Ægypto in terram promissionis ; idque ad eum finem, ut hortetur populum ad permanendum in confessione unius veri Dei, & sperandum continuò in ejus protectione.*

vs. 1. *In exitu Israel de Ægypto : domus Jacob de populo barbaro.*

vs. 2. *Facta est Judæa sanctificatio ejus, Israel potestas ejus.*

Cùm Israel, seu domus Jacob, h. e. Israëlita egrederentur de Ægypto, cujus incolæ sunt *populus barbarus*, h. e. ignotæ linguæ gens, tunc gens Judaica, sive Israelitica facta est gens sanctificata Deo, & peculiariter subiecta ejus potestati. Ante ingressum in Ægyptum Hebræi erant una familia, sed non unus

popu-

populus : in
 et admitti en
 in terrarum
 propriæ Reij
 et Interprete
 gistratum ap
 vs. 3. *Ma*
sus est terrarum
 vs. 4. *Mon*
les sunt agni
 Narrat mi
 stendas, De
 nipotentiam
 timere debe
 buendo rebu
 Majestatem D
 se subduxit,
 Jordanis fluv
 populus per
 Descendent
 legem, & a
 tes majores,
 eorum rep
 gentium intr
 significat illud
 vs. 5. *Quid*
Terribis, qu

populus : in Ægypto multiplicati sunt valde, sed admixti erant Ægyptiis, & Regi Pharaoni serviebant : egressi ex Ægypto formam propriæ Reipubl. habere cœperunt, Moyse ut Interprete, & Dei Vicario summum Magistratum apud eos gerente.

§. 3. *Mare vidit, & fugit, Jordanis conversus est retrorsum.*

§. 4. *Montes exultaverunt, ut arietes, & colles sicut agni ovium.*

Narrat mirabilia id temporis facta, ut ostendat, Deum Hebræorum esse verum omnipotentem Deum, quem jure ipsi colere, ac timere debeant. Porrò narrat poëticè, tribuendo rebus inanimatis sensum. *Mare vidit* Majestatem Dei, & ex timore, ac reverentiâ se subduxit, ut populus transfret, *Exod. 14.* Jordanis fluvius divisus est tempore Josue, ut populus per siccum alveum transfret. *Jos. 4.* Descendente Deo in montem Sinai, ut daret legem, & montes, & colles Sinai, seu partes majores, & minores, instar arietum, vel agnorum repentino terrore saltantium, & fugientium *intremuerunt*; hoc enim ex hebraico significat illud *exultaverunt*.

§. 5. *Quid est tibi mare, quod fugisti? & tu Jordanis, quia conversus es retrorsum?*

ψ. 6. *Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ovum?*

ψ. 7. *A facie Domini mota est terra, à facie Dei Jacob.*

ψ. 8. *Qui convertit Petram in stagna aquarum. & rupem in fontes aquarum.*

More poëtico. interrogat mare, quare fugerit; & Jordanem, quare conversus sit retrorsum; & montes, & colles, quare tremuerint: & respondet id fecisse præsentiam virtutis Dei, qui insuper mirabilius quid fecit, unum elementum in alterum transmutando: convertit enim rupem durissimam in aquas mollissimas, & velocissimè discurrentes. *Vid. Num. 20.*

ψ. 9. *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.*

Explicatis mirabilibus Dei, quæ facta sunt in exitu Israel de Ægypto, precatur Deum nomine totius populi, ut non respiciat demerita populi, sed gloriam suam, & pergat protegere cultores suos.

ψ. 10. *Super misericordia tua, & veritate tua; ne quando dicant gentes, ubi est Deus eorum.*

Tres rationes dat, cur Deus debeat nominis sui gloriam quærere in conservando populo suo: prima, quia ipse Misericors est; secun-

unda, quia
sine servand
ar occatio ge
Dei delin
miserordia,
m &c.

ψ. 11. De

machinatio

ψ. 12. Simi

ram, operam

ψ. 13. Qui

habent. & v

ψ. 14. An

res habent. &

ψ. 15. Ma

les habent. &

habet in pueri

Quia dixer

jungit pulch

falsorum De

ea occatio ge

si forte dixerit

pundeimus,

reberi mirabi

roluit. Sed co

& ulque aced

dem pollute

secunda, quia verax est, & fidelis in promissione servandâ, factâ Patribus; tertia, ne detur occasio gentibus blasphemandi, si cultores Dei destitutos videant. Ait igitur: *super misericordiâ, & veritate tuâ funda gloriam tuam &c.*

✠ II. *Deus autem noster in calo, omnia quacunque voluit, fecit.*

✠ 12. *Simulacra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum.*

✠ 13. *Os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt.*

✠ 14. *Aures habent, & non audient, nares habent, & non odorabunt.*

✠ 15. *Manus habent, & non palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt; non clamabunt in guttere suo.*

Quia dixerat, *ne fortè dicant gentes &c.*, subiungit pulcherrimam antithesin Dei veri, & falsorum Deorum. Quasi dicat: non est danda occasio gentibus blasphemandi: sed tamen si fortè dixerint, *Ubi est Deus eorum?* nos respondebimus, *Deum nostrum esse in calo*, idque testari mirabilia ejus, quia fecit, quicquid voluit. Sed contrâ Dii eorum jacent in terra, & usque adeò nihil possunt facere, ut nequidem possint exercere actiones membrorum,

quæ habere videntur : nam cum habeant figuram humanam, & videantur habere membra omnia, & sensus omnes; tamen nec vident, nec audiunt, nec olfaciunt, nec palpant, nec ambulant, nec loquuntur, ac ne vocem quidem ullam, sive hominis, sive iumenti ex gutture emittunt.

ψ. 16. *Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis.*

Prophetia est, quam per modum imprecationis pronuntiat. Verè, qui faciunt idola, & qui confidunt in eis, similes illis fient in vitâ futura, quia sensus, & membra sic habebunt, quasi non haberent, imò optabunt non habere: & jam tum similes sunt, nam quæ verè bona sunt, magis somniare dicendi sunt, quàm videre, vel audire.

ψ. 17 *Domus Israel speravit in Domino, adiutor eorum, & protector eorum est.*

ψ. 18. *Domus Aaron speravit in Domino, adiutor eorum, & protector eorum est.*

ψ. 19. *Qui timent Dominum, speraverunt in Domino, adiutor eorum, & protector eorum est.*

Quia dixerat, *similes illis fiant &c.*, addit per antithesin, filios Israel confidisse in Domino, & ideo habuisse Deum protectorem. nomi-

nominat primò domum Israelis, seu totam gentem Hebraicam; dein domum Aaronis, seu tribum sacerdotalem, quia sacerdotes cum levitis ceteris peculiaris portio Domini erant, & specialiter in Deo confidere debebant: deum addit omnes, extra filios Israel, etsi paucos, ut erant Job cum amicis, Naaman Syrus &c., qui Deum colerent, & timerent.

¶ 20. *Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis.*

¶ 21. *Benedixit Domui Israel, benedixit domui Aaron.*

¶ 22. *Benedixit omnibus, qui timent Dominum, pusillis cum majoribus.*

Confirmat antè dicta. Verè Deus adiutor & protector est sperantium in se: nam singulari providentiâ demonstravit, se memorem esse mei, & benefecit mihi, præter ceteros adjuvando, & protegendo. Dein eodem ordine confirmat Deum benedixisse domui Israel, domui Aaron, & omnibus timentibus Deum sive magnis, sive parvis, quod intelligi potest de omni magnitudine, & parvitate, sive ætatis, sive potestatis, sive sapientiæ, sive divitiarum.

¶ 23. *Adjiciat Dominus super vos, super vos, & super filios vestros.*

ŷ. 24. *Benedicti vos à Domino, qui fecit Cælum, & terram.*

Ardebat David desiderio gloriæ Dei, & salutis proximorum; unde conversus ad eos, quibus jam dixerat Deum benedixisse, ut omnes accenderet ad Deum timendum, & in eo sperandum, ait: Adjiciat *Dominus super vos benedictionem suam, seu omnium bonorum copiam; nec solum super vos, sed etiam super filios vestros: & hoc modo sitis vos benedicti, plenâ, atque perfectâ benedictione, à Domino, qui fecit &c., in cujus manu est ros cæli, & pinguedo terræ, quæ solebant Sancti Vet. Leg. suis à Domino precari, Vel altiori sensu, Deus benedicit cumulando bona cælestia, & terrena, ut fecit Abrahamo, Isacco, Josepho, Davidi &c.*

ŷ. 25. *Calum cali Domino, terram autem dedit filiis hominum.*

ŷ. 26. *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum.*

ŷ. 27. *Sed nos qui vivimus, benedicimus Dominum ex hoc nunc, & usque in saculum.*

Duplex hîc sensus occurrit, unum pro Hebræis juxta vetus Testam.; alter pro Christianis juxta novum Testam.

Primo sensu postquam dixerat, *Benedicti vos*

à Domino
puriter bened
per terram
in aëreum,
Sanctis Ang
mentis, ill
bitandan;
debeni filii
gere, dum v
Nam mortui,
us, nec amp
vident Dom
terra bonis g
spiritus, qu
regiones, Di
nis bonis, qu
me, qui vivim
benedicimus D
tulam per g
dentes.

Altero se
lug, intelli
hominum, in
rationem, &c
us elegit; terr
billem deus filii
à filii Dei;

vos à Domino &c , subdit, æquum esse, ut ipsi pariter benedicant Dominum, dum vivunt super terram. Summum cælum, quod est supra aëreum, Domino propriè dicatum est, & Sanctis Angelis ejus; *terram autem* cum elementis, illi conjunctis, *dedit filiis hominum* habitandam; ac pro tam insigni parte Mundi debent filii hominum Deo assidue gratias agere, dum vivunt, & bonis terræ fruuntur. Nam *mortui*, cum non vivant secundum corpus, nec amplius utantur terræ bonis, non laudant Dominum ore corporali, nec pro terræ bonis gratias agunt; sed neque eorum spiritus, qui descendunt in varias inferni regiones, Dominum benedicent pro terrenis bonis, quæ ad illos jam non pertinent: *sed nos, qui vivimus*, & fruimur terrenis bonis, *benedicimus Domino ex hoc nunc, & usque in sæculum* per generationes sibi invicem succedentes.

Altero sensu, per *Calum Celi*, cum S. Aug., intellige mentes SS. Angelorum, & hominum, in quibus Deus habitat per cognitionem, & amorem; hanc domum sibi Deus elegit; *terram autem*, mundum hunc visibilem *dedit filiis hominum*, prout distinguuntur à filiis Dei; & ideo subjungit: qui mortui
sunt

sunt morte peccati, licet vivant vitâ naturâ,
non laudabunt te Domine, neque ii, qui
in morte peccati confirmati sunt, & ad pœ-
nas æternas descenderunt: *Sed nos qui vivi-*
mus vitâ gratiæ, qui per fidem, & charita-
tem tibi inhæremus, & jam cælestis patriæ
cives sumus, quamvis interim ad tempus ha-
bitemus in terris, nos, inquam, benedicimus
tibi, & benedicemus usque in æternum.

PSALMUS CXIV.

Titulus, & argumentum: *Alleluja.*

Psalmum exponunt aliqui cum Hebraeis
de temporali aliquâ pressura, vel morbo, à quo
liberari cupiebat Propheta. Sed cum SS. PP.
Basil. Chrysost. Hieron. & Aug. exponi potest
de homine spirituali, sitiente salutem æternam,
& gemente propter tentationes, & pericula.

ψ. 1. *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus*
vocem orationis meæ.

Dilexi Dominum, quoniam certus sum,
quòd exaudiet vocem orationis meæ, nam ex na-
turâ suâ benignus, & misericors est. Quòd
ait, dilexi, non addendo, quem; hoc indicat
ardens desiderium Domini, & quòd suppo-
neret, omnes scire, quem dicere velit, nempe
Deum ab omnibus absolutè amabilem.

ψ. 2. *Quia inclinavit aurem suam mihi, & in*
diebus meis invocabo.

Indè

Indè scio, quòd exaudiet preces meas, quia inclinavit &c., h. e. per gratiam prævenientem inspiravit desiderium orandi; & ideo, dum affulgent mihi dies gratiæ, non omittam occasionem, sed invocabo Dominum.

¶ 3. *Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni invenerunt me.*

Explicat materiam suæ orationis, quæ sunt tentationes, & pericula salutis æternæ, quas solas tribulationes magni pendit anima verè Deum diligens. Undique me circumstant tentationes mortiferæ, quæ sunt pericula damnationis.

¶ 4. *Tribulationem, & dolorem inveni, & nomen Domini invocavi.*

Multi, occupati fortè prosperitatibus sæculi, quò magis circumdati sunt periculis salutis, eò minùs ea considerant, & ideo nec timent, nec dolent. At David, ea considerando, tremens, ac dolens ajebat: quia, blandiente licèt sæculi prosperitate, tamen adverti, me circumdatum doloribus mortis, & expositum periculis inferni, ideo gemens nomen Domini invocavi.

¶ 5. *ò Domine libera animam meam: misericors Dominus, & justus, & Deus noster miseretur.*

Dicens: ò Domine libera animam meam de dolo-

doloribus mortis, & periculis inferni : Ad-
dit rationem : nam *misericors Dominus, & ju-*
stus est, & miseretur, præveniendò peccato-
rem gratiâ suâ, h. e. pœnitentiam, & oratio-
nem inspirando.

¶. 6. *Custodiens parvulos Dominus, humiliatus sum, & liberavit me.*

Miseretur Dominus, ut jam dictum est, sed præcipuè parvulis timentibus eum, custodiendo eos, ut teneros filios, quibus æternam hæreditatem paravit. Et cum David se unum ex illis esse divinitus sciret, addit : *humiliatus sum*, h. e. ex parvuli esse studii : & concludit *liberavit me*, puta in spe : nam hebraicè in futuro est, *liberabit me*.

¶. 7. *Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.*

Liberatus homo justus in spe, gratulatur sibi ipse tantum bonum dicens : anima mea, festina passibus desiderii ad locum veræ, ac sempiternæ quietis : *quoniam Dominus benefecit tibi*, retributurus scil. vitam æternam.

¶. 8. *Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrimis, pedes meos à lapsu.*

Explicat illud, *benefecit tibi*, & dicit esse vitam æternam : *Quia animam meam eripuit à morte, & donavit vitam, non subjectam ul-*
li ma-

amelo, sed
m, ac fer
unquam pol
v. 9. Plac
Concludit
ple securè p
illimam, q
etiam ipse p
securè in reg
I
Titulus :
I Argu
ma se perfo
si, quam b
v. 1. Cra
v. 1. Cra
v. 1. Cra
Respicit a
regime vno
gallet, un
ponder se n
esse regione
teatur; & r
quia hæc fides
le spiritus S.
fide, addit :
didit, quia n
humilitatem, q

li malo, sed cumulatam omni bono, & securam, ac sempiternam, ut ab eâ excidere nunquam possim.

ψ. 9. *Placebo Domino in regione vivorum.*

Concludit Psalmum dicens, quòd sicuti ipse securè possidebit vitam optimam, & dulcissimam, quæ vehementer ipsi placebit: ita etiam ipse placebit Domino vehementer, & securè *in regione vivorum*, h. e. in cælo.

PSALMUS CXV.

Titulus: *Alleluja.*

Argumentum: *agit gratias Deo, & vota se persolutorum pollicetur pro salute aeternâ, quam bonâ spe iam possidere cœpit.*

ψ. I. *Credidi, propter, quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.*

Respicit ad illa verba, *Placebo Domino in regione vivorum*; & quasi aliquis interrogasset, unde nosti regionem vivorum? respondet se novisse per spiritum fidei. *Credidi*, esse regionem vivorum, licèt oculis non videatur; & ideo dixi, *placebo Domino, &c.* Sed quia hæc fides requirit animam humilem, quæ se Spiritui S. plenè subjiciat ad obedientiam fidei, addit: *humiliatus sum, &c.* ideo credidi, quia non ingenio meo nitor, sed valde humilem, ac docilem me Spiritui S. præstiti.

ψ. 2.

ψ. 2. *Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax.*

Ego, qui humiliavi me valde, exaltatus à Deo ad mentis excessum, in eo videns, quàm falsa, & fallacia sint bona mortalia, & ca-duca, dixi: omnis homo, qui humano affectu loquitur de felicitate terrenâ, mendax est: nam vera, & stabilia bona non inveniuntur, nisi in regione vivorum.

ψ. 3. *Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi?*

Animadvertens tantis se bonis cumulatum quærit, quid Domino retribuere possit. Ille me de nihilo fecit, de iniquitate redemit, regionem viventium demonstravit, & promissit; quid igitur illi retribuam?

ψ. 4. *Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.*

Cum nihil habeam præstantius, quod offeram Deo meo pro tam multis bonis, quæ retribuit mihi, bibam libenti animo calicem salutaris Domini, quascunque demum tribulationes sustinere me velit, sed quia mihi diffido, ideo nomen Domini, in quo omnia possum, invocabo, ut det mihi calicem suum fortiter bibere.

ψ. 5. *Vota mea Domino reddam coram omnibus populo*

populo eius: pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.

Paratus ad calicem passionis bibendum securus dicit: sacrificium laudis, & confessionis Domini etiam palàm coram omni populo ejus, inimicis etiam præsentibus, immolabo, etiamsi mortem indè mihi imminere intelligam: nam magni æstimat Dominus mortem pro suo honore, & confessione susceptam.

ψ. 6. *O Domine, quia ego servus tuus, ego servus tuus, & filius ancille tue.*

Non superbit vir Sanctus, qui se Deo totum in sacrificium offert: ô Domine, quid magnum feci, quòd vota mea publicè reddidi, nec metu mortis tuam confessionem omisi: quòd debui facere, feci, quia ego servus tuus sum titulo creationis, & redemptionis, & filius matris meæ, pariter ancilla tue.

ψ. 7. *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.*

Liberasti me à servitute durissimâ, & servum tuum esse voluisti, cui servire regnare est: ideo tibi sacrificabo hostiam perpetuæ laudis, & non amplius invocabo falsos Deos, mammonem, ventrem, opes, honores, quibus antea serviebam, sed nomen Domini, qui solus verus est Deus, assiduè invocabo.

H

ψ. 8.

ŷ. 8. *Vota mea Domino reddam in conspectu
omnis populi ejus, in atriis domus Domini, in
medio tui Jerusalem.*

Repetit ŷ. 5., addit autem, se id facturum
in atriis templi, & in medio urbis Jerusalem.

PSALMUS CXVI.

Titulus: *Alleluja.*

Argumentum: *alloquitur totam Eccle-
siam, ex gentibus. Et Judæis congregatam, eam-
que hortatur ad laudandum Deum, quod mi-
sericordiam, Et veritatem erga eam ostenderit.*

ŷ. 1. *Laudate Dominum omnes gentes, lau-
date eum omnes populi.*

Videtur per gentes gentiles, per populos Ju-
dæos intelligere. Vide *Psal. 2. ŷ. 1.*

ŷ. 2. *Quoniam confirmata est super nos mi-
sericordia ejus: Et veritas Domini manet in
aeternum.*

Ratio laudandi Deum est, quoniam miseri-
cordia Domini stabilita est per adventum Mes-
siae super gentes, & super Judæos: fundata
enim est Ecclesia, adversus quam portæ in-
feri non prævalebunt, & constitutum est reg-
num, cujus non erit finis: insuper veritas
promissionum impleta, nunquam mutabitur.

PSALMUS CXVII.

Titulus, & Argumentum: *Alleluja.*

Psal-

Psalmum ad literam de Davide exponit Chrysostomus; sed S. Augustinus de populo Christiano, cuius figuram David gerebat. Recensentur hic multa beneficia Dei, sed illud potissimum, quo Christum, lapidem angularem extulit in summum adificium, ut duos parietes connecteret, & conineret, quod factum est in die Resurrectionis, & ideo Ecclesia canit hunc Psalmum in Dominicâ ad Primam; & verba illa ex hoc Psalmo, hæc dies, quam fecit Dominus exultemus, & lætemur in eâ, Resurrectioni applicat.

v. 1. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus.

Invitat omnes ad laudandum Deum; rationem dat: *quoniam bonus*: nihil brevius, nihil grandius dici potuit: nam solus Deus proprie, & simpliciter bonus est. Rationem addit ab effectu: *Quoniam in seculum &c.* Nam bonitas Dei nullâ in re magis cognosci potest à miseris, quàm in misericordiâ.

v. 2. Dicat nunc Israel, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus.

v. 3. Dicat nunc domus Aaron, quoniam in seculum misericordia ejus.

v. 4. Dicant nunc qui timent Dominum, quoniam in seculum misericordiae ejus.

Explicat, qui sint, quos invitaverat ad laudandum Deum. Nominat primò Israelem, seu populum Israeliticum, nam indè fuerunt Apostoli, qui primi crediderunt, & Ecclesiam inchoarunt: secundò domum Aaron, quia post Apostolos *magna turba sacerdotum obedire cepit fidei*, Act. 6. demum addit, *omnes qui timebant Dominum*, puta gentiles, qui crediderunt, & Ecclesie inchoatæ se adjunxerunt. Itaque invitavit ad laudes Dei Ecclesiam universam

ψ. 5. *De tribulatione invocavi Dominum, & exaudivit me in latitudine Dominus.*

Incipit declarare materiam laudis. Cum esse in tribulatione, hebraicè in angustia, non merita mea jactavi, non conquestus sum, quòd injustè paterer persecutionem; sed ad misericordiam Dei confugi, & exaudivit me, & de angustiis in latitudinem transtulit, seu liberavit me.

ψ. 6. *Dominus mihi adjutor, non timebo, quid faciat mihi homo.*

ψ. 7. *Dominus mihi adjutor, & ego despiciam inimicos meos.*

Experientiâ doctus David, seu populus Dei magnâ fiducia exultat, & non dicit: *Dominus mihi adjutor est*, nihil deinceps patiar; scit enim

enim se adhuc peregrinum inter hostes multa passurum; sed ait: non turbabor ob mala, quæ mihi infert homo, quia Dominus omnia convertet in bonum: & despiciam inimicos meos, nam scævendo in corpus, gloriæ meæ deserviunt.

¶ 8. *Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine.*

¶ 9. *Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in Principibus.*

Deducit ex dictis utilem admonitionem, *bonum*, h. e. melius esse, spem collocare in Deo, quàm in homine, etiamsi Principes sint: nam homines sæpe non possunt juvare, sæpe etiam variis passionibus acti nolunt. Expertus id erat David, qui aliquando speravit in Saule Rege suo; aliàs in Achis Rege Gethæo; aliàs in Achiophel consiliario prudentissimo; aliàs in aliis, sed in nullo fidem invenit; in Deo autem nunquam sinè prospero eventu speravit.

¶ 10. *Omnes gentes circumierunt me, & in nomine Domini, quia ultus sum in eos.*

¶ 11. *Circumdantes circumdederunt me, & in nomine Domini, quia ultus sum in eos.*

¶ 12. *Circumdederunt me sicut apes, &*

exarserunt sicut ignis in spinis, & in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

Interpres vulgatus volens exprimere omnes voces hebraicas, obscurius vertit illud, quia *ultus sum in eos*: Sensus enim, ut patet ex græco, est hic: *& in nomine Domini ultus sum eos*. Ait itaque David, aut populus Dei: tota ferè multitudo gentium circumdedit me, & in virtute Dei vidi ultionem, quia Deus ultus est innocentiam meam, dum hostes prostravit, ac delevit. His verbis, *circumdantes circumdederunt me*, significat, se non quomocunque, sed ita arctè fuisse obsessum, ut nullum pateret effugium: his verbis, *sicut apes, sicut ignis in spinis*, indicat multitudinem, & vehementiam hostium: nam apes in tantâ copiâ circumdant favum, ut numerari non possint: & ignis tanto impetu corripit spinas aridas, ut in puncto temporis eas consumat.

ψ. 13. *Impulsus eversus sum ut caderem, & Dominus suscepit me.*

ψ. 14. *Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.*

Amplificatâ hostium multitudine, & atrocitate, fatetur infirmitatem suam, ut hinc magis agnosceatur gloria Dei. Ego tantâ violentiæ

sentia resistere non poteram, ideo ab hostibus impulsus in ruinam, jam everfus ruere cœperam; sed Dominus in tempore occurrens sustentavit me. Referri hoc potest ad pericula amittendæ vitæ corporalis, in quæ sæpe incidit David; item ad pericula spiritalia gravissimarum tentationum, in quæ incidebat populus Christianus tempore persecutionum: qui ideo agnoscens, & confitens non suis viribus, sed ex gratiâ Dei vicisse, ait: *Dominus est fortitudo mea*, quia viribus ejus vinco; & ipse idem est *laus mea*, quia semper eum laudare debeo; & ipse *factus est mihi in salutem*, ipse Salvator meus fuit.

v. 15. Vox exultationis, & salutis in tabernaculis justorum.

Ex liberatione Davidis gavisi sunt justi, qui eam scire potuerunt: sed multò magis ex liberatione populi Christiani de ingenti persecutione, orta est *vox exultationis, & salutem annantians in tabernaculis justorum*: ubique enim resonat vox lætitiæ, & nuntius salutis. Notat S. Chrysoft., justos hîc in terris non habere domos stabiles, sed tabernacula peregrinorum, vel militantium.

v. 16. Dextera Domini fecit virtutem,

H 4

dex-

dextera Domini exaltavit me, dextera Domini fecit virtutem.

Hæc est illa vox exultationis, & salutis, quæ resonat in tabernaculis justorum: virtus, & potentia Filii Dei operata est fortiter, ac potenter, depressit inimicos meos, & me exaltavit: sive id dicatur de Davide, sive de populo Dei. Tum idem repetit lætitiæ causâ,

ÿ. 17. *Non moriar, sed vivam, & narrabo opera Domini.*

ÿ. 18. *Castigans castigavit me Dominus, & morti non tradidit me.*

Pergit idem, sive David, sive populus Dei, referre beneficium Domini, qui persecutiones permittit ut pater, non ut hostis. Quantumvis magnas persecutiones sum passus, & fortè iterum patiar, tamen non deficiam omnino, ut adversarii vellent; sed permanebo, & narrabo opera Domini, qui *castigans castigavit me* paterno flagello, *sed morti non tradidit me.*

ÿ. 19. *Aperite mihi portas justitiæ, ingressus in eas confitebor Domino. Hac porta Domini, justi intrabunt in eam.*

Ex acceptis beneficiis sumit animum aspirandi ad majora, ac petit introduci tandem in Cælestem Jerusalem, in quâ nulli injusti habitant.

bitant. Aperite portas Regni cælorum, quæ ex justitiâ constant: Porta enim gloriæ justitiæ est. Ingressus in eas laudabo Dominum. Hæc porta justitiæ est vera porta, & unica, quæ ducit ad Dominum, & ideo justî soli intrabunt eam.

ÿ. 20. *Confitebor tibi, quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.*

Declarat, quod jam antè dixerat: Si ingressus ero in cælestem Jerusalem per portas justitiæ, laudabo te, quoniam inter tot mala exaudisti me: & qui eras spes mea, factus es salus mea: qui eras viaticum, factus es præmium.

ÿ 21. *Lapidem, quem reprobaverunt edificantes, hic factus est in caput anguli.*

ÿ. 22. *A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.*

Misit Deus lapidem vivum, pretiosum, puta Messiam; sed Judæi, ad quos tunc pertinebat officium ædificandæ Ecclesiæ, hunc lapidem reprobaverunt: idem à Deo principali Architecto constitutus est, super duos parietes, ut eos contineret, seu factus est caput Ecclesiæ, ex Hebræis, & gentibus congregatæ. Atque hoc factum est electione, & potestate Divinâ, non consilio, vel ope hu-

[H 5

manâ,

manâ, & ideo *mirabile est in oculis nostris*. Quis enim non miretur, hominem crucifixum, mortuum, ac sepultum, post tres dies resurgere immortalem cum amplissimâ potestate; & caput, ac Principem declarari omnium hominum, & Angelorum; & per eum adiutum aperiri hominibus mortalibus ad Regnum cælorum, ad Societatem Angelorum, & beatam immortalitatem?

ψ. 23. *Hac est dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea.*

Dies resurrectionis dicitur *dies, quam fecit Dominus*, vel quia Christus resurgens, ut sol justitiæ, novo modo fecit eum diem; vel quia peculiariter eam diem sibi consecravit; vel *hac est dies, quam fecit Dominus ad hunc finem, ut exultemus, & lætemur in ea*

ψ. 24. *ô Domine saluum me fac, ô Domine bene prosperare; benedictus qui venit in nomine Domini.*

Sicut David prævidit, & prædixit, Christum ut lapidem reprobandum tempore passionis, & exaltandum in caput anguli tempore Resurrectionis; ita prædixit ipsa verba, quæ turbæ illi dicturæ erant in die triumphî, seu Palmarum; nec tamen Christus cecinit triumphum ante victoriam, nam de eâ erat certissimus

tissimus. *ô Domine saluum me fac : ô Domine bene prosperare in inchoato isto Regno tuo. Benedicatur ab omnibus Messias, Rex noster, qui non à se ipso venit, non sibi Regnum usurpavit, ut faciet Antichristus, sed venit missus à Patre, Domino cæli, ac terræ.*

ÿ. 25. Benediximus vobis de domo Domini, Deus Dominus, & illuxit nobis.

ÿ. 26. Constituite diem solemnem in condensis, usque ad cornu altaris.

Explicatâ tota Christi prophetiâ, hortatur populum ad celebrandum diem festum in gratiarum actionem. Vobis, qui estis de domo Domini; vel nos ex domo Domini, unde hæc mysteria revelata sunt, benediximus vobis, ea prædicendo: quorum summa est. Dominus noster ipse est verus Deus, & ipse illuxit nobis, ostendens lucem miserationum suarum. Quare agite diem solemnem, densos virides ramos adferentes, & ornantes templum usque ad cornu altaris. Ista variè exponuntur secundum ritus Judæorum, quæ ad nos nihil pertinent.

ÿ. 27. Deus meus es tu, & confitebor tibi, Deus meus es tu, & exaltabor te.

ÿ. 28. Confitebor tibi, quoniam exaudisti vocem, & factus es mihi in salutem.

ÿ. 29.

ψ. 29. *Confitemini Domino, quoniam bonus quoniam in seculum misericordia ejus.*

Hæc est repetitio dictorum, affectum Prophetæ demonstrans,

PSALMUS CXVIII.

Titulus : *Alleluja.*

Argumentum est encomium legis Divinae, & exhortatio ad eam servandam; sed interim admiscetur varii affectus & preces ad Deum. Cum Psalmus hic totus moralis sit, eum quotidie in Horis Canonicis legis Ecclesia. Insuper hoc habet, quod omnium longissimus sit, & ψ. 176. contineat: cujus causa fortasse fuit, ut populus haberet, quo pie, & cum fructu occuparetur, dum ter in anno ex omni parte ad tabernaculum ascenderet. Præterea adverte artificium alphabeticum: primi octo versus incipiunt singuli à primâ literâ Alphabeti, sequentes octo à secundâ c ita ut octies totum Alphabetum repetatur. Hujus rei causa alia non videtur, nisi ad memoriam adjuvandam, cum hic Psalmus memoriter recitandus, vel concinendus esset.

ALEPH. I.

ψ. I. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.*

Primum argumentum ad suadendam præstantiam,

stantiam, & utilitatem Divinæ legis ducit à beatitudine, quæ est finis ultimus hominis.

Beati sunt, qui in viâ hujus vitæ non inquinantur sordibus peccatorum; tales sunt ii, qui, dimissis aliis viis, eligunt viam legis Domini, quæ sola mundissima, & nitidissima est.

ÿ. 2. Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum.

Declarat priorem *ÿ*. Illos verò beatos puto, qui ita ambulant in lege Dei, ut diligenter scrutentur sensum totius legis, & voluntatem legislatoris: id quod illi soli faciunt, qui *ex toto corde exquirunt eum*, nihil creatum illi præferentes, vel æquantes, diligentes Deum in se, & creaturas propter ipsum.

ÿ. 3. Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.

Probat jam dicta à contrario. Nullus eorum, qui operantur iniquitatem, ac per hoc inquinati inveniuntur, in viis, h. e. legibus Domini ambulavit. Igitur sola via Domini præstat immaculatos ambulantes in se.

ÿ. 4. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.

Alterum argumentum ducit ab excellentiâ legislatoris. Tu Domine, qui liberè potes servis imperare, nec ignorare, vel oblivisci præva-

præva-

prævaricatores, mandasti; non consiliura dando, sed planè imperando, mandata tua custodiri non negligenter, & oscitanter, sed diligentissimè, & summo zelo. Quis igitur non continuò pareat?

ψ. 5. *Utinam dirigantur via mea, ad custodiendas justificationes tuas.*

Motus autoritate tanti legislatoris optat quàm diligentissimè Dei mandata servare. Utinam actiones meæ, consilia, & sermones conformentur rectitudini legis tuæ, ad observandas leges tuas. Lex dicitur justificatio, quia observatores suos facit justiores; quamquam prima justificatio, quâ ex peccatoribus justii efficitur, non legi, sed soli gratiæ tribuenda est.

ψ. 6. *Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis.*

Refert fructum, qui sequitur ex legis observatione. Optavi dirigere vias meas ad custodiendas justificationes tuas, quia tunc non confundar, non erit, cur erubescam coram te Domine, cum respexero in omnibus actionibus meis ad regulam mandatorum tuorum, ut singulas illi conformem.

ψ. 7. *Confitebor tibi in directione cordis, in eo, quod didici judicia justitia tua.*

Non

Non solum
illimo corde
proprie quo
ad me contin
vas leges tuas
sicut justitia,
contingentia.

ψ. 8. *Justi
dereliquis op*

Concludit p
ter tua cultu
egilatore. Iu
vari mandata
ribus cultu
lio gratiæ a
fontè julto t
me, ut intell
re confingere
non me daret

ψ. 9. *In p
m? in custodi
Laudavit leg
laudat ab uti
tum: & quia in
cena lege max
tunc viget lex*

Non solum non confundar, sed etiam restissimo corde laudabo te, & gratias agam, propterea quod gratia tua adjutus didici, apud me constitui firmissimè observare justissimas leges tuas. Præcepta legis dicuntur *judicia justitia*, quia sunt statuta Dei, justitiam continentia.

v. 8. *Justificationes tuas custodiam, non me derelinquas usquequaque.*

Concludit primum octonarium. Igitur cum lex tua custodita faciat beatos, & à te summo legislatore sit proposita, & severissimè observari mandata; ego eadem statui omnibus viribus custodire: Sed tu non deferas me auxilio gratiæ tuæ, sine quâ nihil possum. Et si forte justo tuo judicio ad modicum deferas me, ut intelligam infirmitatem meam, & ad te confugere, in te confidere discam, saltem non me derelinquas omnino, & in perpetuum.

BETH.

v. 9. *In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.*

Laudavit legem à fine, & ab auctore; nunc laudat ab utilitate, quam adfert ei, cui datur: & quia ingrediens iter vitæ, seu adolescens lege maximè indiget, quia in ipso maximè viget lex membrorum, caret prudentiâ

tiâ

tiâ defectu proprii experimenti &c., de eo præcipuè agit. Quid habet adolescens, unde corrigat errores adolescentiæ. R. assuescat timere Deum, & maturè leges servare.

ÿ. 10. *In toto corde meo exquisivi te : ne repellas me à mandatis tuis.*

Motus hâc tantâ utilitate, petit à Deo gratiam servandi mandata. Pro ratione, cur exaudiri debeat, ponit, quod etiam ratio Evangelii : *Quærite, & invenietis &c.* Quia *in toto corde meo* cupivi tibi placere, & voluntatem tuam implere, ne deferas me gratiâ tua, ad legem servandam necessariâ.

ÿ. 11. *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.*

ÿ. 12. *Benedictus es Domine, doce me justificationes tuas.*

Alia ratio, cur exaudiri debeat, est magnum desiderium non peccandi. Desiderium, quod habeo, non peccandi, facit, ut *eloquia*, seu legem tuam non obliviscar; quem in finem abscondi eam in intimo corde, ut nulla res indè mihi illam eripere possit. Tum subdit petitionem : tu Domine, qui ab omnibus *benediceris*, seu laudaris, *doce me*, h. e. da mihi gratiam legis implendæ.

ÿ. 13.

ψ. 13. *In labiis meis pronuntiavi omnia iudicia oris tui.*

ψ. 14. *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis.*

ψ. 15. *In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas.*

ψ. 16. *In justificationibus tuis meditabor, non obliviscar sermones tuos.*

Declarat amorem suum erga legem Domini, quia fortasse mox benedictionem legislatoris acceperat, quam paulò antè petierat. Dicit enim se habere legem Dei in ore, in voluntate, in intellectu, & memoriâ, ac per hoc in omnibus partibus animæ. De ore ait: assiduè locutus sum, & omnibus, qui audire volunt, prædico præcepta oris tui, h. e. non lata ab homine, sed à te. De voluntate, & affectu ait: delectatus sum in viâ testimoniorum tuorum ambulare, sicut delectantur avari in omni copiâ divitiarum. De intellectu ait: in mandatis tuis ruminandis, & sæpe mecum submissâ voce repetendis, & diligenter considerandis exercebor. Addit alium affectum cordis: in præceptis tuis decantandis exercebor, ut indè delectationem animo percipiam, qualis jucundè ludendo percipitur. Hunc esse sensum ψ. 16. patet ex he-

enti dicit
addelectatus
z. a. affectu
es fervere.
quasi in: m.
petitâ Deo
o ratione, ut
detiam ratio
in Cr. Quia
e, & volunta
is magis
d.
i eloquia tua, m.
dico me iustifi
debet, est mag
fi. Delectam
acit, ut d'apu
sequen in finem
t, ut nulla res
Tum subdit
o omnibus be
t, h. e. da milii

braico. Addit ultimò de memoriâ : ex tam crebrâ meditatione , & decantatione fiet , ut legem tuam nunquam obliviscar.

Ginel. Pars 2. Sfalmi ad Primam.

ψ. 17. *Retribuere servo tuo , vivifica me , & custodiam sermones tuos.*

In hoc octonario orat , ut à se removeantur impedimenta legis custodiendæ ; quorum primum est mors animæ. Restitue servo tuo , si fortè in peccatis mortuus sit , vitam animæ , & tunc sermones tuos custodire poterit.

ψ. 18. *Revela oculos meos : & considerabo mirabilia de lege tua.*

Alterum impedimentum sunt passiones animi , amor timor &c. , quæ sæpe faciunt , ut homo non rectè judicet. Tolle per infusionem luminis tui velamen passionum ab oculis mentis meæ , & tunc considerabo mirabilem æquitatem sapientiam , utilitatem &c. , quæ de lege tuâ emicant.

ψ. 19. *Incola ego sum in terra , non abscondas à me mandata tua.*

Tertium impedimentum est terrena peregrinatio : nam quâ parte peregrinamur in terra , carnales , & terreni sumus ; *lex autem tota spiritalis est* , Rom. 7. Homo terrenus sum , animalis sum , in terrâ habito : ideo peto

peto, ut per gratiam efficias, ut agnoscam viam bonam legis tuæ.

ŷ. 20. *Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore.*

Quartum impedimentum est imperfectio. Plurimi bonis desideriis tanguntur, seu concupiscunt desiderare, sed ultra non proficiunt. In horum personâ Propheta hîc loquitur: quæ confessio imperfectiois, est petitio perfectionis, quam Deus concedit, cum facit hominem non frigidè, ac tenuiter, sed ardentè desiderare custodiam mandatorum, Adjuva, ut perfectè desiderem, & desiderium in opus transeat, & mandata tua custodiam omni tempore.

ŷ. 21. *Increpasti superbos, maledicti, qui declinant à mandatis tuis.*

Quintum impedimentum, omnium maximum superbia est, quæ non finit collum jugo submittere. Hoc impedimentum David non agnoscens in se, & suî similibus, sed solum in hostibus Dei, simpliciter illud execratur. *Increpasti superbos*, qui ex contemptu mandata tua non custodiunt, ut fecerunt Lucifer, Adam &c. *Maledicti, qui declinant à mandatis tuis*, ex superbiâ, & contemptu legislatoris.

ψ. 22. *Aufer à me opprobrium, & contemptum, quia testimonia tua exquisivi.*

ψ. 23. *Etenim sederunt Principes, & adversum me loquebantur: servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.*

Superbi non solum obedire Deo recusant, sed & obedientes contemnunt, & contumelias afficiunt, sed tandem contemptus, & opprobrium in eos recidet, ut David jam prædicit. *Aufer, &c.* tempus erit, cum auferes à me opprobrium, & contemptum, & in superbos inobedientes rejicies: *quia ego testimonia tua exquisivi*, quæ illi exquirere contempserunt. ψ. 23. Idem explicat: Principes enim superbi sederunt, congregati in Concilium, vel in thronis suis judicantes, vel quiescentes in divitiis, & potentiâ suâ, & *adversum me loquebantur*, non respiciens ad minas eorum, *exercebar in justificationibus tuis* considerandis, prædicandis, & implendis.

ψ. 24. *Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum justificationes tua.*

Explicat jam dicta, & ait, præcepta Domini fuisse sibi loco dulcissimæ consolationis in rebus adversis, in dubiis verò loco fidelis consiliiarii.

Dalet.

¶. 25. *Adhæsit pavimento anima mea : vivifica me secundum verbum tuum.*

In hoc octonario David induit personam hominis imperfecti, qui jam petit gratiam, & adjutorium ad servanda mandata Dei. Adhæsit terrenæ substantiæ per amoris affectum anima mea, & adhærendo terræ factus sum terrenus, adhærendo carni factus sum carnalis. Da mihi vitam conformem legi tuæ : & si vixero secundum legem tuam, quæ spiritua- lis est, adhærebo Deo, & unus spiritus fiam cum eo.

¶. 26. *Vias meas enuntiavi, & exaudisti me: doce me justificationes tuas.*

Pergit in confessione miseriæ, & petitione gratiæ. Actiones malas, quæ propriè meæ sunt, non erubui confiteri, sed palàm enun- tiavi ; & tu exaudisti me, parcens mihi solitâ misericordiâ tuâ. Nunc reconciliatus peto, ut præcepta tua servare me facias.

¶. 27. *Viam justificationum tuarum instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis.*

Proficere cupit in viâ Domini, ideo magis, magisque orat, ut doceatur à Deo. Diligen- tiùs doce me, quomodo ambulare debeam in viâ tuâ ; & edoctus exercebor in custodiendis

etiam illis præceptis, quæ tam mirabilia sunt, ut præ altitudine vix per ea incedi posse videatur, ut; *diliges Deum, &c. inimicum tuum &c.*

¶. 28. *Dormitavit anima mea præ tædio, confirma me in verbis tuis.*

Iterum redit ad infirmitatem carnis confitendam, & misericordiam petendam. *Dormitavit anima mea*, tepidior facta est, dum tædet ambulare viam laboriosam, carne concupiscente adversus spiritum. *In præceptis tuis* sectandis confirma me, addito fervore gratiæ tuæ, quo excitatus ambulare non cessem.

¶. 29. *Viam iniquitatis amove à me, & de lege tua miserere mei.*

Declarat illud, *Confirma me*. Fac per gratiam tuam, ut longè recedam à viâ iniquitatis, quam ingredi incipiebam dormitando præ tædio: contra misericorditer operare, ut ambulem per legem tuam.

¶. 30. *Viam veritatis elegi, judicia tuâ non sum oblitus.*

Confessus est miseriam, quam ex se habet; deinceps declarat, quid possit ex Dei misericordiâ. Ex me viam mendacii elegi; sed ex misericordiâ tuâ, quâ *de lege tuâ misertus es mihi*, proposui veram viam, nempe mandatorum tuorum ambulare: & ex misericordiâ tuâ

legem tuam,
oblitus.

¶. 31. *Alibi*
videtur.

Ex me adhe-

ordia tua adha-

me ferviam li-

to legi tua, &

eret, si auxilio

¶. 32. *Viam*

in dilatasti cor n-

Ex me dormi-

cordiâ tuâ via-

re, expedite,

revi, cum dil-

mitatis, quæ

¶.

He. Pars

¶. 33. *Legem*

bonorum tuorum

In hoc octo-

servande legis

legendam; ter-

u remotionem

u longissimo Pl-

erit, sed lib va-

stantiam efficit

tuâ legem tuam, licet naturæ adversam, non sum oblitus.

ψ. 31. *Adhæsi testimoniis tuis, noli me confundere.*

Ex me adhæsi pavimento; sed ex misericordia tuâ adhæsi testimoniis tuis; & quamvis carne serviam legi peccati, tamen mente servio legi tuæ, & ideo noli me confundere, quod fieret, si auxilio tuo me destitueres.

ψ. 32. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.*

Ex me dormitavi præ tædio, sed ex misericordiâ tuâ *viam mandatorum cucurri*, alacriter, expeditè, cum delectatione legem tuam servavi, *cum dilatasti cor meum* per infusionem charitatis, quæ facit jugum suave, & onus leve.

He. Pars I. Psalmi ad Tertiam.

ψ. 33. *Legem pone mihi Domine viam justificationum tuarum: & exquiram eam semper.*

In hoc octonario petit primò desiderium observandæ legis; secundò lumen ad eam intelligendam; tertio gratiam ad implendam; tum remotionem contrariorum. David in hoc longissimo Psalmo rem eandem sæpius repetit, sed sub variis verborum formis ad excitandum affectum, & tollendum fastidium.

Hic petit, ut per gratiam Dei fiat, ut sibi non placeat lex peccati, vel mundi, vel carnis, sed sola lex Dei: tum subdit: illam solam desiderabo, ut in omni actione meâ quæram, quid jubeat lex tua.

ψ. 34. *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo.*

Petit, ut legem rectè intelligat, & scrutari possit ejus utilitates, præstantiam, idque non curiositatis gratiâ, sed ut illam in toto corde custodiat, servet.

ψ. 35. *Deduc me Domine in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam volui.*

Petit gratiam implendi legem. *Deduc me &c.*, h. e. fac me implere mandata tua. Aditerationem: quia per hanc semitam mandatorum tuorum ambulare desideravi: decet enim, ut, qui dedit velle, det etiam perficere.

ψ. 36. *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam.*

Hic ψ. respondet ψ. 33. Ibi oraverat pro affectu cordis erga legem Dei, quod jam repetit, & simul orat pro remotione affectûs avaritiæ, qui maximè impedit affectum in legem Dei. Porrò dicitur Deus inclinare hominem in malum, si, subtrahendo gratiam suam, finit illum inclinari in malum.

ψ. 37.

ψ. 37. *Averte oculos meos, ne videant vanitatem, in via tua vivifica me.*

ψ. 34. Petiit donum intelligentiæ, ad considerandam legem; hinc petit, ne oculi mentis avertantur à lege, ad cogitandas res temporales, quæ vanæ sunt: sed potius totus intendat legi tuæ, & eam conservans vivificetur & conservetur.

ψ. 38. *Statue servo tuo eloquium tuum, in timore tuo.*

Petiit ψ. 35. gratiam legis implendæ; hinc petitur gratia perseverantiæ, & remotio instabilitatis. *Statue &c.*, fac, ut per sanctum timorem tuum statuatur, confirmetur, solidetur lex tua in servo tuo, ut immobiliter in illo hæreat, & perseveret.

ψ. 39. *Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum; quia judicia tua jucunda.*

Petiit gratiam perseverantiæ; addit quasi rationem scil. opprobrii, quod sequetur non perseverantes in die judicii. *Amputa opprobrium*, quod timui, si non perseverarem in lege tuâ, cum hæc non solum utilis, sed etiam tam suavis sit, & jucunda.

ψ. 40. *Ecce concupivi mandata tua, in equitate tua vivifica me.*

Concludit petitiones hujus Octonarii. Ecce

ce apparet, quòd seriò cupiam mandata tua, ideo in observatione mandatorum tuorum auge, & conserva mihi spiritualement vitam. Justus enim justificatur adhuc custodiendo mandata.

VAU.

ψ. 41. *Et veniat super me misericordia tua Domine, salutare tuum secundum eloquium tuum.*

Illud & nihil continuat, sed additur ad initium librorum, vel capitulorum ornatùs gratià apud Hebræos. Petit misericordiam Dei; tum ejus effectus declarat. Descendat ex alto gratia tua, & misericordia super me, sanans animam, prout eam promisisti sperantibus in te.

ψ. 42. *Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speravi in sermonibus tuis.*

Et cum venerit super me misericordia tua, non timebo eos, qui exprobrant mihi, quòd frustra Deum timeam: nam respondebo illis verbum verum, cui non poterunt contradicere, quòd nempe speraverim in sermonibus tuis, qui in promissis servandis es omnipotens, & bonus.

ψ. 43. *Et ne auferras de ore meo verbum veritatis usquequaque, quia in judiciis tuis supersperavi.*

Oro

Oro autem,
do gratia tua,
am veritatis,
rantes mihi;
probes me, ne
cum, quia in
tum omnino l
ψ. 44. Et
ulum, & in
Ecce effect
nam, qui est
ψ. 45. Et
dat, tu exqui
ψ. 46. Et
ho Regum, &
ψ. 47. Et
liti.
ψ. 48. Et
qua dilexi, &
Dicitur V. 4
pe te corde,
re Domini se
cordia Dom
libem in angu
tationis, h
no effectus cor
exquisi, ut

Oro autem, ut non efficias, me destituen-
do gratiâ tuâ, ut non audeam loqui hoc ver-
bum veritatis, quo glorior adversùs expo-
nentes mihi; vel si auferas ad modicum, ut
probes me, non auferas omnino, & in æter-
num, quia in tuâ justitiâ, & fidelitate mul-
tùm omnino speravi.

ψ. 44. *Et custodiam legem tuam semper in sæ-
culum, & in sæculum sæculi.*

Ecce effectum misericordiæ sanantis ani-
mam, qui est perpetua legis Divinæ custodia.

ψ. 45. *Et ambulabam in latitudine, quia man-
data tua exquisivi.*

ψ. 46. *Et loquebar de testimoniis tuis in conspe-
ctu Regum, & non confundebam.*

ψ. 47. *Et meditabar in mandatis tuis, quæ di-
lexi.*

ψ. 48. *Et levavi manus meas ad mandata tua,
quæ dilexi, & exercebar in justificationibus tuis.*

Dicta ψ. 44. jam explicat per partes, nem-
pe se corde, verbo, mente, & opere in le-
ge Domini semper futurum. Veniente mise-
ricordiâ Domini super me, jam non ambu-
labam in angustiis timoris, sed in latitudine
dilectionis, h. e. libenter, cum gaudio, mag-
no affectu cordis legem servabam, quia illam
exquisivi, ut rem valde desideratam, & ama-
tam;

metuatur,
n tuorum
n vitam,
diendo tu
ordinetur
iam tuam.
ditur ad in-
matris gra-
rdiam Dei;
moda ex el-
per me, si-
li speranti-
um mihi ver-
cordia tua,
mihi, quod
pedebo illis
& contradi-
ctum in
impotentis,
erbam veri-
mi superje-
Cu

tam ; & loquebar liberè , sine timore de justitiâ sanctissimæ legis , etiam coram *Regibus iniquis* . & non confundebam , & assiduè cum animo meo de ipsâ lege cogitabam , & ejus mysteria meditando considerabam , & *levavi manus meas* ad implenda mandata sublimia , & excelsa , h. e. valde perfecta , & ardua ; quæ dilexi : demum modis omnibus , h. e. corde , mente , verbo , & opere *exercebar in justificationibus tuis* .

Zain. Pars 2. Psalmi ad Tertiam.

In hoc Octonario canit æternam retributionem , quam Deus legem servantibus promissit , & propter eam spem dicit , se & legem servasse , & in tribulatione solatium accepisse , & de iniquorum prævaricatione doluisse .

ψ. 49. *Memor esto verbi tui servo tuo , in quo mihi spem dedisti* .

Orat in personâ suâ , & aliorum fidelium : *Memor esto promissi tui &c* . Dicitur Deus oblivisci , dum differt implere promissa ; differt autem non oblivione , sed judicio : vult nempe rogari à fidelibus servis ; & hæc oratio est unum ex mediis , per quæ Deus promissa sua implere decrevit .

ψ. 50. *Hæc me consolata est in humilitate mea , quia eloquium tuum vivificavit me* .

Hæc

Hæc res, sine afflictione, & nullo na vitam roboravit, &c. v. 51. Super lege autem tua Vita, viget tua, fecit, ut superbi irriserent me irrisoribus conarentur.

v. 52. Me Domine, &

In humiliorum, & alians hum servantibus prævaricatione tribulatione

v. 53. Dimpensatus

Eadem illi misererit hoc inquentes leg Horror, &c. a na charitatis

Hæc res, sive hoc me consolatione affecit in afflictione, & despectione meâ, quia promissio tua vitam, & spiritum mihi tribuit, vel roboravit, & auxit.

ψ. 51. Superbi iniquè agebant usquequaque: à lege autem tua non declinavi.

Vita, vigor, quam mihi tribuit promissio tua, fecit, ut non declinarem à lege tuâ, licèt superbi irrisores valde iniquè agerent, cum me irrisoribus suis à legis custodiâ avertere conarentur.

ψ. 52. Memor fui iudiciorum tuorum à saculo Domine, & consolatus sum.

In humilitate, & irrisoribus *memor fui iudiciorum*, quæ ab initio sæculi exercuisti, exaltans humiles, superbos deprimens; dans servantibus legem tuam præmia magna, & prævaricantibus supplicia; id mihi in omni tribulatione meâ solatio fuit.

ψ. 53. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

Eadem illa spes tantæ mercedis fecit, ut misereretur hominum peccatorum, qui derelinquentes legem tuam tanto bono privantur. Horror, & astus inducens *defectionem*, magnæ charitatis index est, sive oriatur ex misericor-

ricor-

ricordiâ erga peccatores, sive ex dolore offensionis Divinæ.

ψ. 54. *Cantabiles mihi erant justificationes tue in loco peregrinationis meæ.*

Iniqui legem derelinquunt, quia insuavem esse judicant: mihi verò scienti, quanta merces posita sit legem servantibus, præcepta tua adeò dulcia, & suavia erant, ut in hâc peregrinatione; quâ peregrinamur à patriâ, dulce canticum fuerint.

ψ. 55. *Memor fui nocte nominis tui Domine, & custodivi legem tuam.*

Illa beata spes tantæ promissionis non solum interdium, sed etiam noctu mihi nomen tuum in memoriam revocabat, & ex ardenti amore tuo perseveravi in custodiâ legis tuæ.

ψ. 56. *Hæc facta est mihi, quia justificationes tuas exquisivi.*

Hæc res, sive hoc totum mihi evenit, nempe, ut promissiones Dei considerarem, spem indè conciperem, & cetera bona, indè nata, quia legem tuam exquisivi.

CHETH.

ψ. 57. *Portio mea Domine, dixi custodire legem tuam.*

In hoc octonario ponitur initio hæc propositio, *Dominus est portio mea*, indè deducitur desi-

aderum legem
eum orandi
impedimentis.
tenio omni
ad requiro :
legem tuam.

ψ. 58. Depre-
de me, miser

Stant cuf
sine adjutorio
ut, ideo depre-
de sua, & ut
missionem t
en, quod,

ψ. 59. C
mei in zeffin

Non fact
dum auxilie
Deum, add
legi Dei con
tus meos à
tuam Domine

ψ. 60. Para
spem meam

Non solum
propositio tuâ

desiderium legis servandæ, & in hunc finem Deum orandi, non obstantibus quibuslibet impedimentis. Portio mea tu es Domine: abrenuntio omnibus creatis; nec præter te aliud requiro: ideo firmiter proposui custodire legem tuam.

¶. 58. *Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo, miserere mei secundum eloquium tuum.*

Statuit custodire legem Domini; sed quia sine adjutorio Dei vires humanæ non sufficiunt, ideo *deprecatur faciem Domini in toto corde suo*, & ait, miserere mei secundum promissionem tuam, ut, te adjuvante, impleam, quod, te inspirante, decrevi.

¶. 59. *Cogitavi vias meas, & converti pedes meos in testimonia tua.*

Non satis est, Deum orare, sed cooperandum auxilio Dei: Ideo postquam precatus est Deum, addit: consideravi actiones meas, an legi Dei conformes essent, & converti affectus meos à lege carnis, & peccati ad legem tuam Domine, quæ sola est via recta.

¶. 60. *Paratus sum, & non sum turbatus, ut custodiam mandata tua.*

Non solum legem custodire decrevi: sed promptus fui statim aggredi opus justum, neque

que ulla perturbatio me retardare potuit à custodia legis tuæ.

ψ. 61. *Funes peccatorum circumplexi sunt me, & legem tuam non sum oblitus.*

Non defuerunt tamen, qui me perturbare, & retardare conarentur: nam laquei variarum tentationum, quos peccatores, sive homines, sive dæmones tendere solent, circumplexi sunt me; nec tamen à lege tua implendâ retardarunt.

ψ. 62. *Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia justificationis tuæ.*

Quia tu es, Domine, portio mea, non solum interdiu, sed & nocte, imò mediâ nocte, quando summa quies est in terris, vacavi legi tuæ considerandæ: nam surgebam mediâ nocte ad te laudandum super justissima præcepta tua.

ψ. 63. *Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.*

Hoc etiam deducitur ex primâ illâ propositione, *portio mea Domine*: nam omnes timentes Deum, & custodientes mandata ejus, colligantur, ut membra viva in unum corpus glutino charitatis, quæ facit omnia communia

ψ. 64. *Misericordia tua Domine plena est terra: justificationes tuas doce me.*

Ego

Ego quidem
sed misericord
is, qui habitam
homines, &
nima. Pre
ne justificatio
ria est non se
llam imple
ne misericord
pales, cum tu
Teth. Pe
ψ. 65. Beni
u, secundum
ψ. 66. Ben
in doce me,
In hoc oc
necessitatem
ctis ostend
nitatem, &
uo, juxta p
t, ut doceat
ego proximos
gere, aut fra
um, seu prude
t fraudulento
noiam mylier
tidi, mandata

Ego quidem *particeps sum omnium timentium te* : sed misericordiae tuae participes sunt omnes, qui habitant in terrâ, & boni, & mali ; & homines, & jumenta ; & animata, & inanimata. Proinde miserere mei, ut doceas me justificatione tuas : hæc enim summa miseria est non scire legem tuam, ut sciunt, qui illam implent. Hanc miseriam tollat à me misericordia tua, quia hoc unum concupisco, cum tu sis *portio mea Domine*.

Tech. Pars 3. Psalmi ad Tertiam.

ψ. 65. *Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine, secundum verbum tuum.*

ψ. 66. *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi.*

In hoc octonario petit tria dona, quorum necessitatem ad servandam legem Dei ex effectis ostendit. ψ. 65. est quasi præfatio : suavitatem, & benignitatem exhibuisti seruo tuo, juxta promissiones tuas : peto vicissim à te, ut doceas me primò eandem *suavitatem* erga proximos, ut nulli nocere, nullum decipere, aut fraudare velim : secundò *disciplinam*, seu prudentiam, ut caveam deceptores, & fraudulentos : tertio *scientiam*, quâ agnoscam mysteria legis tuæ. Sequitur : *quia credidi*, mandata tua Divina esse, & dignissima,

K

quæ

quæ diligentissimè custodiantur. Quàm multam scientiam, vel prudentiam quærunt, non item bonitatem, sed David meliorem à Spiritu S. didicit.

ψ. 67. *Priusquam humiliarer, ego deliqui; propterea eloquium tuum custodivi.*

ψ. 68. *Bonus es tu, & in bonitate tua doce me justificationes tuas.*

Non sinè causâ peto tria ista dona: nam ex eorum defectu deliqui, & ideo humiliatus sum à Deo justo Iudice: propterea deinceps attentius custodivi legem tuam. Sed tu, qui suavis, & benignus es, juxta hanc mansuetudinem tuam, *doce me legem tuam*, ut non amplius delinquam.

ψ. 69. *Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.*

ψ. 70. *Coagulatum est sicut lac cor eorum; ego verò legem tuam meditatus sum.*

Indicat necessitatem prudentiæ. Superbi prævaricatores multiplicarunt super me mendacia sua, ut me ad transgressionem inducerent; unde prudentiæ donum mihi necessarium fuit, quo adjutus, *in toto corde meo scrutabor mandata tua*. Superbi illi induratum cor habent, sicut induratur caseus ex lacte coagulato

gulato confectus ; ideo , his dimissis , legi
tuæ meditandæ vacavi.

ÿ. 71. *Bonum mihi , quia humiliasti me , ut
discam justificationes tuas.*

ÿ. 72. *Bonum mihi lex oris tui super millia au-
ri , & argenti.*

Ex abundantia primæ doni , David utpote
verè mitis , & humilis corde , ait : *Bonum mi-
hi , quia humiliasti me* : verè magnum donum
est humiliatio ex tribulatione veniens , quia
causa est custodiæ legis ; & cùm per eam ac-
quiritur vita æterna , nulli thesauri ei compa-
rari possunt.

JOD.

ÿ. 73. *Manus tuæ fecerunt me , & plasmave-
runt me ; da mihi intellectum , ut discam manda-
ta tua.*

In hoc octonario multis novis argumentis
petit gratiam legis custodiendæ ; ac primo ti-
tulo creationis. Potentia , & sapientia tua ,
quasi duæ manus , fecerunt me quoad animam
& plasmaverunt quoad corpus ; ideo cùm to-
tus sum tuus , debeámque tibi summam obe-
dientiam , peto , ut des mihi intellectum , ut
discam mandata tua , non ut solùm sciam , sed
etiam faciam.

ψ. 74. *Qui timent te, videbunt me, & latabuntur, quia in verba tua supersperavi.*

Altera ratio ab ædificatione proximi. *Qui timent te, videbunt me servantem mandata tua, & latabuntur, quia videbunt me sperantem valde in promissis, quæ continentur in lege tuâ.*

ψ. 75. *Cognovi Domine quia æquitas judiciorum tua, & in veritate tua humiliasti me.*

Tertia ratio à confessione propriæ culpæ. *Cognovi Domine, quòd judiciorum tua justissima sunt & si quando me humiliasti, destituens gratiâ tuâ, id justè fecisti, quia commerui; ideo non conqueror de tuâ justitiâ, sed ad misericordiam tuam confugio, & dico,*

ψ. 76. *Fiat misericordia tua, ut consoletur me, secundùm eloquium tuum servo tuo.*

Consolatio, quam petit, est gratia servandæ legis: qui enim dolet se humiliatum, quia destitutus gratiâ in peccatum incidit, pro magno solatio habebit, si copiosâ gratiâ per-fusus legem Domini perfectè servabit,

ψ. 77. *Veniant mihi miserationes tua, & vitam, quia lex tua meditatio mea est.*

Explicat petitam consolationem. *Misere-re meî secundùm multitudinem miserationum tuarum, ut acquiram vitam æternam:*

&c

debet, ut m
 illud me
 y. 78. Conf
 nitam servu
 volati tuis.
 Quarta ra
 ut secunda a
 tam, quæ leg
 indantur sup
 modo injuste e
 merim duon
 unt, ego em
 nis cogitan
 ψ. 79. C
 verunt test
 Hortatu
 us decepti
 antur. Cot
 ti Dei legen
 Dei, & scien
 y. 80. Fiat
 iniquitas tuis,
 Concludit p
 phetiam, qu
 cubitat, ut n
 fulminem time

& decet, ut misericorditer respicias in eum,
qui assiduè meditatur in lege tuâ.

ÿ. 78. *Confundantur superbi, quia injustè iniquitatem fecerunt in me; ego autem exercebor in mandatis tuis.*

Quarta ratio à confusione iniquorum, sicut secunda ab ædificatione piorum. Da gratiam, quâ leges tuas impleam, ut hinc confundantur superbi prævaricatores, qui vexando injustè e iam alios seducere conantur. Interim dum illi confunduntur, & erubescunt, ego multò alacrius exercebor in legibus tuis cogitandis, & implendis.

ÿ. 79. *Convertantur mihi timentes te, & quæ noverunt testimonia tua.*

Hortatur pius, ut, si qui à prævaricatoribus decepti, ad se redeant, & cum ipso jungantur. Convertantur ad me, & mecum juncti Dei legem custodiant omnes, qui timorem Dei, & scientiam legis habent.

ÿ. 80. *Fiat cor meum immaculatum in justitatis tuis, ut non confundar.*

Concludit petens gratiam sæpe, ac sæpiùs postulatam, quâ corde perfecto mandata Dei custodiat, ut nec jam, nec in die judicii confusionem timeat.

Caph. Pars I. Psalmi ad Sextam.

ψ. 81. *Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum super speravi.*

In hoc octonario inducit David personam cupientis servare mandata, & tamen inter tentationes graviter laborantis, & opem de cælo miserabiliter petentis. Anima mea præ magnitudine desiderii salutis æternæ jam penè defecit; ego tamen valdè speravi in verbum promissionis tuæ. Scil. dilatio salutis deficere facit; sed spes firma promissionis erigit, & confortat.

ψ. 82. *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, quando consolaberis me?*

Oculis tribuit auditum, & loquelam; unde intellige oculos interiores, sive intellectum, qui videt, audit, loquitur. Mens mea attendendo opem promissam, dum diutiùs differtur, deficit præ desiderio. Et iidem oculi interiores defectum suum explicant, dicentes: Quando veniet consolatio illa perfecta, ut non ampliùs timeam casum, & S. legis prævaricationem?

ψ. 83. *Quia factus sum sicut uter in pruina, iustificaciones tuas non sum oblitus.*

Non sine causâ dico, quando consolaberis me? nam præ desolatione, & angustiis tentationum

num

num factus sum destitutus humore gratiæ consolantis, ut est uter tempore frigidissimo in medio pruina constitutus. Sed licet tantâ spiritus ariditate laborem, tamen præcepta tua non sum oblitus.

ψ. 84. *Quot sunt dies servi tui? quando facies de persequentibus me iudicium?*

Instat eidem petitioni, optans consolationem, & liberationem à tentationibus. *Quot sunt dies servi tui, quibus afflictio durabit? quando finientur dies tentationis, & miseriæ? quando iudicabis, & condemnabis persequentes, & tentantes me, ut, iis condemnatis, persecutio conquiescat, & vivam in æternâ pace, sinè ullo timore cadendi?*

ψ. 85. *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.*

Ideo cupio ab iniquorum consortio liberari, quia illi tentantes pios, narrant fabulas, h. e. delectationes mundi sordidas, fugaces, confictas magis, quàm veras; quæ nihil habent simile cum lege Domini, quæ piè custodita, delectationes stabiles, & solidas adfert.

ψ. 86. *Omnia mandata tua veritas, iniquè persecuti sunt me, adjuva me.*

Dixerat: *Non ut lex tua, ideo addit: omnia*

mandata tua sunt ipsa veritas, h. e. verissimas promissiones continent, & inde verissimas delectationes observantibus legem tuam adferunt. Ideo iniusti narrantes suas fabulationes inique persecuti sunt me, & tu Deus contra eorum insidias adjuva me.

ψ. 87. *Paulò minus consummaverunt me in terra, ego autem non dereliqui mandata tua.*

Tam gravis fuit persecutio istorum, qui per dulces sermones me subvertere nitebantur, ut penè me perdiderint in terrâ, & ad cælum aspirare nequirem: & tamen non obtinuerunt, quoniam non dereliqui mandata tua.

ψ. 88. *Secundùm misericordiam tuam vivifica me, & custodiam testimonia oris tui.*

Redit ad primam petitionem, & concludit octonarium: *Secundùm misericordiam tuam magnam vivifica me vitâ beatâ, & sempiternâ, & tunc demum perfectissimè custodiam legem tuam. Potest etiam hoc intelligi de vitâ gratiæ, per quam mandata Dei custodiuntur.*

LAMED.

ψ. 89. *In æternum Domine verbum tuum permanet in celo.*

ψ. 90. *In generationem, & generationem veritas tua, fundasti terram, & permanet.*

ψ. 91. |

ψ. 91. *Oratio
omnia sermo
In hoc octo
Divinarum su
dos homines
promissione
æternum Dom
nam licet in
dam iusti opp
tamen in celo
Deus enim,
breves trib
dium, &
probrum
ψ. 89. Tum
stabilitate
exemplis:
& semper
tuz obedia
trario, ut e
& suo motu
inatione di
Quoniam omni
ψ. 92. No
tunc forte per
Natum leg
tuo veritate*

†. 91. *Ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia serviunt tibi.*

In hoc octonario à firmitate promissionum Divinarum sumit argumentum ad exhortandos homines ad legem servandam, quæ habet promissiones vitæ præsentis, & futuræ. *In æternum Domine promissio tua permanet in cælo*: nam licet in terris videatur non permanere, dum justî opprimuntur, & injusti exaltantur; tamen in cælo apud Deum omnino permanet: Deus enim, quod promisit, implebit; nam breves tribulationes justorum vertet in gaudium, & brevem gloriam impiorum in opprobrium sempiternum. †. 90. idem ait, quod †. 89. Tum probat stabilitatem promissionum à stabilitate ordinationum Divinarum duobus exemplis: primo fundasti terram immobilem, & semper manet immobilis, ut ordinationi tuæ obediat. Secundo ordinavit Deus à contrario, ut cælum, sive sol moveretur semper & suo motu diem efficeret; & sic semper ordinatione divina perseverat dies. Ratio est: *Quoniam omnia ad nutum creatoris parent.*

†. 92. *Nisi quod lex tua meditatio mea est à tunc fortè periissem in humilitate mea.*

Nisi in lege tuâ assiduè meditatûs fuisset, ubi veritatem promissionum tuarum didici,

forte periissem tentationibus adversariorum superatus.

ψ. 93. *In aeternum non obliviscar justificationes tuas, quia in ipsis vivificasti me.*

Confortatus ex meditatione promissionum, quæ in lege continentur, confidenter jam dico: *In aeternum non obliviscar justificationes tuas*, quia super earum observationem *vivificasti me*; vitam gratiæ augendo, & vitam gloriæ promittendo.

ψ. 94. *Tuus sum ego, salvum me fac, quoniam justificationes tuas exquisivi.*

Agnosco, me tuum esse, volo tuus esse, & nullius alterius Domini, cum nulli cupiditati servire decreverim; ideo rectè peto, ut me, rem tuam, conserves, ne pereat: quia, ut servus tuus nihil aliud quæro, nisi mandata tua, ut ea faciam.

ψ. 95. *Me expectaverunt peccatores, ut perderent me: testimonia tua intellexi.*

Non sinè causa dixi, *salvum me fac*: nam peccatores, in loco, opportuno ad capiendum, *me expectaverunt*, ut tentationi consentire me facerent, & sic *perderent me*: sed ego gratiâ tuâ adjutus *intellexi*, quid lex tua in tali articulo præciperet, quid promitteret, quid minaretur.

ψ. 96. *Omni consummationis vidi finem, la-
rum mandatum tuum nimis.*

Intelligens testimonia tua, ex eis cognovi,
& vidi finem omnium rerum, iudicium nem-
pe ultimum, in quo consummatis meritis,
seu bonis, seu malis, reddentur præmia bo-
nis, & supplicia malis. Verè igitur ampla, &
fecunda lex tua est, quia continet regulas be-
ne vivendi, & præmia custodientium legem;
item regulas vitia fugiendi, & supplicia præ-
varicatorum.

Mem. Pars 2. Psalmi ad Sextam.

ψ. 97. *Quomodo dilexi legem tuam Domine:
tota die meditatio mea est.*

In hoc Octonario iterum legem laudat ab-
utilitate, & delectatione, quam secum af-
fert. Quàm vehementer dilexi legem tuam :
totà die nihil aliud cogito, loquor, aut ago,

ψ. 98. *Super inimicos meos prudentem me feci-
sti mandato tuo, quia in æternum mihi est.*

Prima utilitas legis, quia hominem facit
prudentem, ut sciat, quid, quomodo, quan-
do, & ubi faciendum sit, vel omitendum ;
quâ prudentiâ carent peccatores, *Super inimi-
cos meos, seu prævaricatores legis prudentem
me fecisti per legem tuam, dum illam assi-
duc*

196

duè meditor, & impleo : quia perptuò mihi
adeft ante oculos mentis.

ÿ. 99. *Super omnes docentes me intellexi, quia
testimonia tua meditatio mea est.*

ÿ. 100. *Super senes intellexi, quia mandata
sua quaesivi.*

Altera utilitas legis est sapientia. Ait itaque
David, se, ob assiduam studium in lege Do-
mini meditanda, sapientiozem fuisse iis, à
quibus doceretur, puta parentes, pædago-
gos suos, familiares, imò sapientiozem mul-
tis senibus.

ÿ. 101. *Ab omni via mala prohibui pedes meos,
ut custodiam verba tua.*

ÿ. 102. *à Judiciis tuis non declinavi, quia tu
legem posuisti mihi.*

Tertia utilitas legis est, quia facit multa
vitare peccata. Cavi, ne ambularem per vias
iniquorum, qui pro lege habent cupidita-
tem suam, seu cavi, ne aliquâ in re delin-
querem, idque ut custodirem verba tua, seu
legem tuam : nam à justissimis mandatis tuis
non declinavi, quia hanc sanctam legem tu
Dominus meus mihi dedisti ; seu tu fecisti
per Spiritum tuum, ut legem sanctam ex in-
timo corde diligerem.

ut ritè hoc sacrificium offeram, doce me perfecte legem tuam observare.

ψ. 109. *Anima mea in manibus meis semper & legem tuam non sum oblitus.*

Quàm seriò juraverim custodire legem tuam, & hoc tibi sacrificium spontè obtulerim, ex hoc intelligi potest, quòd quotidie de vitâ periclitor ob legis tuæ custodiam; & tamen ipsam legem non sum oblitus. Quod in manibus tenetur, facilè potest eadere, vel eripi, nisi fortiter custodiatur, & defendatur.

ψ. 110. *Posuerunt peccatores laqueum mihi, & de mandatis tuis non erravi.*

Non sinè causâ dixi, *animam meam in manibus meis semper* fuisse, quia peccatores posuerunt laqueum mihi, ut me caperent, & occiderent; & tamen non aberravi à mandatis tuis. Vide infidias Saulis 1. Reg. 23. & 26.

ψ. 111. *Hæreditate acquisivi testimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei sunt.*

Ideo non erravi de lege tuâ, nam elegi mihi hæreditatem æternam ipsam legem tuam, quæ mihi summæ delectationis, & exultationis causa est.

ψ. 112. *Inclinavi cor meum ad faciendas justifications tuas in æternum propter retributionem.*

Porro causa tantæ delectationis est merces copiosissi-

copiosissi-

copiosissima, quam secum adfert legis custodia. Cùm ab unâ parte lex peccati traheret me, ab alterâ lex tua, ego inclinavi cor meum ad faciendam legem tuam, quia consideravi mercedem legis tuæ esse vitam sempiternam.

Samech. Pars 3. Psalmi ad Sextam.

ŷ. 113. *Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi.*

In hoc octonario detestatur prævaricatores legis Divinæ, & se contrarium eis esse demonstrat. Odio habui iniquos, non ratione naturæ, sed ratione iniquitatis, quia contrarii sunt legi tuæ, quam dilexi.

ŷ. 114. *Adjutor, & susceptor meus es tu. & in verbum tuum supersperavi.*

Ut non timeam inimicos, quos odi, & legem impleam, quam dilexi, *adjutor, & susceptor meus es tu*: adjutor in lege custodiendâ, susceptor in evadendâ persecutione iniquorum. Et ego vicissim in verbum promissionis tuæ valde speravi.

ŷ. 115. *Declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei.*

Ideo odit iniquos, & cupit eos à se recedere, quia eorum consortium valde impedit
medi-

*Y. 103. Quàm dulcia faucibus meis eloquia
tua, super mel ori meo.*

Quarta utilitas est summa voluptas ex lege
custoditâ. Mandata Domini dulcia sunt fau-
cibus animæ, magis quàm mel faucibus cor-
poris: nam nihil jucundius bonâ conscientiâ,
& spe supernæ beatitudinis, quam parit cu-
stodia legis.

*Y. 104. à mandatis tuis intellexi, propterea
odivi omnem viam iniquitatis.*

Probat, ex lege Domini magnam volupta-
tem se percepisse. à mandatis tuis eruditus,
prudens, & sapiens factus sum: ideo mag-
num odium concepì contra omnes iniquas
actiones. Ex hoc odio oritur animi puritas,
sanctitas, fiducia in Deo, gaudium, pax, tran-
quillitas omnibus thesauris, & voluptatibus
præferenda.

NUN.

*Y. 105. Lucerna pedibus meis verbum tuum,
& lumen semitis meis.*

In hoc octonario laudat legem ab eximiâ
quâdam utilitate; unde promittit, se eam ob-
servaturum, non obstante quâcunque tribu-
latione. Metaphoræ facilè intelliguntur. Lex
peccati, seu cupiditas excæcat homines, seu
maximas tenebras offundit, ut vera bona, &
vera

vera mala non internoscantur ; unde qui eam sequuntur, teu passionibus animi rapi se sinunt in varia præcipitia ruunt : sed lex Domini has tenebras dissipat, & vera bona, ac vera mala demonstrat ; ideo qui eam sequuntur, non errant, nec cæcutiunt, sed recto tramite ad patriam caelestem iter faciunt.

ψ. 106. *Juravi, & statui custodire judicia justitiae tuae.*

Quia lex est lux, ac proinde res optima, & utilissima, firmissimè apud me constitui custodire legem tuam, quæ sunt judicia justissima.

ψ. 107. *Humiliatus sum usquequaque Domine: vivifica me secundum verbum tuum.*

Afflictus, & vexatus sum valde, occasione legis servandæ : sed tu Domine veram vitam malis omnibus liberam, mihi aliquando tribue, secundum promissum tuum.

ψ. 108. *Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine, & judicia tua doce me.*

Quòd juravi, & statui custodire legem tuam, non obstante quâlibet persecutione, est voluntarium sacrificium oris mei ; sed quia ex se non meretur, ut tibi sit beneplacitum, tu Domine fac illud beneplacitum, dum benignè illud ex gratiâ tuâ approbare dignaris : ac

ut

meditationem verbi Divini, quæ quietem, & pacem animi desiderat.

¶. 116. *Suscipe me secundum eloquium tuum, & vivam; & non confundas me ab expectatione mea.*

Ut cupio iniquos à me recedere, ita cupio, ut tu Domine ad me accedas, & in sinum tuum suscipias secundum promissiones tuas, & tum verissimè vivam, tibi, qui vita es, conjunctus, & quia de benignitate tuâ, non de meritis, id exspecto, *non confundas me ab expectatione mea.*

¶. 117. *Adjurva me, & salvus ero, & meditabor in justificationibus tuis semper.*

Idem aliis verbis repetit. Porrò fructus hujus susceptionis erit, ut sinè impedimento semper meditari valeat in lege Domini.

¶. 118. *Sprevisti omnes discedentes à judiciis tuis, quia injusta cogitatio eorum.*

Ostendit nunc, quòd, si ipse odit iniquos, & à se recedere cupit, id facit exemplo Dei. *Sprevisti*, tanquam rem nullius momenti, omnes iniquos, qui discedunt à viâ legis tuæ: quia ipsi cogitant, se non debere ei subjici, quâ cogitatione quid iniquius?

¶. 119. *Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua.*

Omnes peccatores dicendi sunt *prævaricator*es, quia transgrediuntur saltem legem naturalem, scriptam in cordibus: ideo, ut tantum malum effugiam, dilexi legem tuam.

ψ. 120. *Confige timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui.*

Postulat in fine confirmationem in timore Dei, ut in custodiâ legis per eum timorem perseveret. Confige, quasi clavis, timore tuo cupiditates meas carnales, ut se commovere non possint: quia jam cœpi timere à iudiciis tuis, pœnas horribiles comminantibus, ideo cupio stabiliri in hoc sancto timore, ut ab eo nunquam divellar.

HAIN.

ψ. 121. *Feci iudicium, & justitiam, non tradas me calumniantibus me.*

In hoc octonario petit gratiam liberationis à calumniantibus, & opem ad legem perfectè implendam. Reddidi unicuique suum: ideo æquum est, ut *non tradas me &c.* Calumniatores nostri perpetui sunt Dæmones, quibus tradimur à Deo, si permittimur tentari, aut Deum deserentes ab iis superari.

ψ. 122. *Suscipe servum tuum in bonum, non calumnientur me superbi.*

Feci justitiam, sed ut semper faciam, &
non

non deficiam faciendo, suscipe servum tuum in bonum, illum dirigendo: hinc fiet, ut non calumnientur mihi superbi, sive homines, sive Dæmones. Quid timeat homo bene confirmatus in bono?

ψ. 123. *Oculi mei defecerunt in salutare tuum & in eloquium justitiæ tuæ.*

Confirmat, ardentem se desiderare perfectam illam directionem ad bonum, quæ in celo dabitur electis. *Oculi mei defecerunt præ desiderio respicientes assidue in salutem tuam, quæ de celo nobis adveniet, & in promissionem tuam fidelissimam.*

ψ. 124. *Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam: & justificationes tuas doce me.*

Petit, ut Dominus operetur secum, non secundum merita ipsius, sed secundum misericordiam suam, quæ in eo potissimum consistit, ut intimè persuadeat, bonum esse implere legem Dei, & sic doceat non tam scire, quàm facere; quod fit infundendo magnam charitatem, sinè quâ conscientia inflat, non ædificat.

ψ. 125. *Servus tuus sum ego, da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.*

Ista tam frequens petitio ejusdem rei, signum est magni desiderii. *Servus tuus sum ego,*

ideo teneor mandatis tuis obedire : fac igitur me intelligere testimonia tua, ut illa perfecte addiscam. Vide *ψ.* 73.

ψ. 126. *Tempus faciendi Domine ; dissipaverunt legem tuam.*

Dupliciter hic *ψ.* exponi solet, primò de gratiâ Salvatoris : ô Domine ! satis docuisti verbis, satis mandasti ; nunc tempus est, ut facias, ut exemplo doceas, ut carnem sumas, ut obedientiam usque ad mortem crucis exhibeas, ut gratiam dones, quâ justificatio legis impleri possit à nobis : nam *dissipaverunt legem tuam* Judæi. Secundò de punitione sceleratorum : tempus est, Domine, ut facias judicium adversus impios, eosque punias, quia non solum legem tuam utcumque violaverunt, sed penitus dissipaverunt, cum nihil ejus observent. Prima expositio videtur magis mystica, posterior magis literalis.

ψ. 127. *Ideo dilexi mandata tua super aurum, & topazion.*

ψ. 128. *Propterea ad omnia mandata tua dirigebar : omnem viam iniquam odio habui.*

Quia multi *dissipaverunt legem tuam*, & ob hoc video illis gravissimum imminere supplicium ; ideo ego ex adverso magis incensus sum amore legis tuæ, & pluris illam facio, quam aurum,

rum, & lapide
alabam per via
eclinans ad dex
tiam novum tua
egem carnis, &
dnevi, Topazi
vide lucidus.

Phc. Pat

ψ. 129. *Mira*

vel ea anima me

In hoc octo

gratiam petit

mirabiles l

igenter. Porri

is, quoad sent

entilliam sunt,

ia mysteria Ch

rot parva semi

e continent m

mirabilis est, q

is totius Maria

ψ. 130. *Decl*

u, & intellectu

Dixeret, man

is, quod, si de

lucem luminis D

eritudo mentem

aurum, & lapides pretiosos : ideo rectè ambulabam per viam mandatorum tuorum, non declinans ad dexteram, vel sinistram : imò etiam *omnem viam iniquitatis*, h. e. omnem legem carnis, & peccati, odio habui, & declinavi. Topazius est lapis aurei coloris, & valde lucidus.

Phe. Pars I. Psalmi ad Nonam.

ψ. 129. *Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea.*

In hoc octonario iterum legem laudat, & gratiam petit eam perfectè servandi. Leges tuæ mirabiles sunt, ideo eas scrutatus sum diligenter. Porrò leges, præsertim ceremoniales, quoad sensus mysticos, mirabiles, & obscurissimæ sunt, quia per eas figurantur omnia mysteria Christianæ Religionis. Deinde sicut parva semina mirabilia sunt, quia virtute continent magnas arbores : sic decalogus mirabilis est, quia virtute continet omnes leges totius Mundi.

ψ. 130. *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis.*

Dixerat, mandata esse mirabilia ; jam addit, quòd, si declarentur vel à Deo per infusionem luminis Divini, vel à perito doctore, mirificè mentem illustrent ; & legis declarationem

tionem *parvulis*, seu simplicibus, & ignorantibus esse necessariam. Porrò declaratur lex *ceremonialis*, si aperiuntur mysteria figurarum; *moralis*, si inde deducantur conclusiones; *judicialis*, si ad facta particularia applicantur.

ψ. 131. *Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam.*

Et ego, ut unus ex parvulis, os meum interiorius aperui orando, & petendo, & attraxi spiritum bonum, spiritum scientiæ, & pietatis, quo mandata intelligere, & implere possem: nam ea intelligere, & implere desiderabam.

ψ. 132. *Aspice in me, & miserere mei secundum judicium diligentium nomen tuum.*

Aperiendo autem os ad orandum, ita dixi: *Aspice in me* oculis pietatis, & *miserere mei* laborantis sub onere præceptorum tuorum, quæ meis viribus implere non possum, *miserere*, inquam, *mei* juxta consuetudinem, quâ uteris erga amicos tuos, qui te in veritate diligunt.

ψ. 133. *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis injustitia,*

In hoc misereberis mei, si per gratiam tuam feceris, ut ego rectam viam ingrediar, ambulans secundum directionem legis tuæ, &

fig

sic nullam injustitiam committam, quæ me captivum teneat : nam qui facit peccatum, servus est peccati. *Joan. 8.*

ψ. 134. *Redime me à calumniis hominum, ut custodiam mandata tua.*

ψ. 135. *Faciem tuam illumina super servum tuum, & doce me justificationes tuas.*

Quod ψ. 132. dixerat, *Aspice in me*, jam idem aliis verbis repetit. Sereno me vultu respice, & lumine ad me transfuso, doce me legem tuam intelligere, & fervare.

ψ. 136. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.*

Quàm vehementer legem dilexerit, hactenus ostendit tot precibus toties repetitis pro gratiâ servandæ legis; jam docet ex magno dolore, quem concepit ex prævaricatione, cum ait rivus lacrimarum ex oculis, quasi ex fontibus, produxisse. Etsi peccatum procedat à voluntate, seu corde; tamen instrumenta peccati nunc sunt oculi, nunc manus, nunc lingua. Porrò gravissimum Davidis peccatum fuit, cum vidit nimis curiosè mulierem nudam, se lavantem; indè exarsit in concupiscentiam; indè processit ad adulterium, & homicidium.

Y. 137. *Justus es Domine, & rectum judicium tuum.*

In hoc octonario laudatur lex à summâ rectitudine, & justitiâ. *Justus es Domine*, justus per antonomasiam, & solus justus eâ justitiâ, cum quâ admisceri injustitia nequeat: unde rectum, & justum est mandatum tuum.

Y. 138. *Mandasti justitiam testimonia tua, & veritatem tuam nimis.*

Nec solum lex justa est, quia procedit à Deo justo, sed etiam quia continet ipsam justitiam. Præcepisti nobis testimonia tua, quæ sunt ipsa justitia, & ipsa omnino veritas.

Y. 139. *Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei.*

Propter hanc tantam æquitatem legis tuæ præ dolore tabescebam, & languebam præ zelo, cum viderem homines, licet inimicos meos, oblivisci tam utilium præceptorum tuorum.

Y. 140. *Ignitum eloquium tuum vehementer, & servus tuus dilexit illud.*

Iterum ait, legem esse justissimam. Lex tua, Domine, purissima est ab omni injustitiâ, ut est aurum igne examinatum; unde sum in opere dilexi eam. Item lex ignis dici potest, quia

na illuminat,
 baritus, que
 Y. 141. Ad
 tes: pphicatio
 Ego sum m
 contempus à
 exaltatus ad R
 honoratus, qu
 us. Vide i. R
 Y. 142. In
 lex tua veritas.
 Reperit y.
 tia æterna, q
 bilis: & simu
 tiber: promi
 rationes omni
 Y. 143. In
 te, mandata
 Ex hac veri
 one lex tua c
 ogitua invenit
 rediter, & ob
 terendis.
 Y. 144. Esp
 multum da mi
 Reperit dicta
 sua æquitas, &

quia illuminat, & purificat; & finis legis est
charitas, quæ est ignis Divinus.

ψ. 141. *Adolescentulus sum ego, & contemp-
tus: justificationes tuas non sum oblitus.*

Ego sum minimus inter fratres meos, &
contemptus à patre, & fratribus; & tamen
exaltatus ad Regnum, & a Deo præ omnibus
honoratus, quia *justificationes tuas non sum obli-
tus. Vide 1. Reg 16.*

ψ. 142. *Justitia tua justitia in æternum, &
lex tua veritas.*

Repetit ψ. 138. *Justissima lex Dei est justia
æterna, quia immutabilis, & indispensa-
bilis; & simul est veritas, quia nihil falsi con-
tinet: promissiones enim ejus, & commi-
nationes omnino impleri debent.*

ψ. 143. *Tribulatio, & angustia invenerunt
me, mandata tua meditatio mea est.*

Ex hac veritate fit, ut me in omni tribula-
tione lex tua consoletur. Quoties *tribulatio, &
angustia invenerunt me*, id remedii accipio, ut
mediter, & oblecter in mandatis tuis confi-
derandis.

ψ. 144. *Æquitas testimonia tua in æternum,
intellectum da mihi, & vivam.*

Repetit dicta ψ. 138. & 142. *Præcepta tua
sunt æquitas, seu justitia æterna, quia semper*

justissima : ideo peto , ut des mihi intelligen-
tiam præceptorum tuorum , ut ea custodien-
do vivam ; quæ si non custodirem , continuo
morerer.

Coph. Pars 2. Psalmi ad Nonam.

ÿ. 145. *Clamavi in toto corde meo , exaudi me
Domine , justificationes tuas requiram.*

In hoc octonario desiderium suum erga le-
gem Divinam ardenti oratione demonstrat.
Toto affectu , totisque viribus *clamavi* , ideo
exaudi me Domine , ut præcepta tua diligenter
requiram.

ÿ. 146. *Clamavi ad te , salvum me fac , ut cu-
stodiam mandata tua.*

Potest ÿ exponi de salute in spe , quæ ha-
betur hic per gratiam ; & de salute in re , quæ
habetur per gloriam in cælo. Magno deside-
rio oravi : *salvum me fac* per gratiam , quæ est
salus inchoata , *ut custodiam mandata tua* , quan-
tum in hoc sæculo fragilitas humana permit-
tit. Vel *salvum me fac* in æternâ vitâ , *ut custo-
diam mandata tua* , sinè ullo timore prævari-
candi.

ÿ. 147. *Præveni in maturitate , & clamavi :
quia in verba tua supersperavi.*

Præveni tempus surgendi , seu antequam
dies illucesceret , cùm adhuc tempus dormien-
di

di

esse, ego pra
in oratione me
in verbopromi
ÿ. 148. Prece
ut velaret eloq
Ideo aliter n
me ortum solis
gratia tua adjuv
ÿ. 149. Vice
indiam tuam Do
mrosifica me.
Pergit in or
tis curis tempo
rum omnium ;
Vice meam au
id secundam soli
nam judicium
rosifica me , con
malem , quam
tens , ne ampli
ÿ. 150. Appr
quati ; a lege d
Non sine causâ
in persecutores
nificare me fa
Demones , ini
dus persuadere co

di esset, ego præ desiderio anticipavi vigilias, & in oratione meâ clamavi; quia valde speravi in verba promissionum tuarum.

ψ. 148. *Prævenērunt oculi mei ad te diluculo: ut meditarer eloquia tua.*

Idem aliter repetit. Oculi mei valde manente ante ortum solis ad te respicere cœperunt, ut, gratiâ tuâ adjuvante, meditarer eloquia tua.

ψ. 149. *Vocem meam audi secundum misericordiam tuam Domine, & secundum iudicium tuum vivifica me.*

Pergit in oratione, quam diluculo, remotis curis temporalibus, in magno silentio rerum omnium, attentissimo animo faciebat. *Vocem meam audi*, non secundum merita mea, sed *secundum solitam misericordiam tuam*, & *secundum iudicium tuum*, quo promissa reddis, *vivifica me*, conservans, & augens vitam spiritualem, quam dedisti, eamque in cælo perficiens, ne ampliùs mori possim.

ψ. 150. *Appropinquaverunt persequentes me iniquitati; à lege autem tua longè facti sunt.*

Non sinè causâ peto vivificari, quia non desunt persecutores, qui tentationibus assiduis mortificare me fatagunt; qui sive homines, sive Dæmones, iniquitati adhærent, & illam aliis persuadere conantur: sicut è contrario legem

legem

legem tuam fugiunt, & illam omnibus invisam reddere student.

ŷ. 151. *Propè es tu Domine, & omnes via tuæ veritas.*

Licet persecutores mei à lege tuâ longè facti sunt; tu tamen *propè es* illis per justitiam; & omnes leges tuæ justissimæ sunt: unde manum tuam punientem eorum scelera fugere non potuerunt. Et mihi *propè es* per auxilium; & quia *omnes via tua veritas*, non patieris, ut mihi noceant persecutores: nam etsi dabis fortè iis potestatem in corpus meum, non dabis in animam meam, & tandem omnis persecutio in coronam gloriæ convertetur.

ŷ. 152. *Initio cognovi de testimoniis tuis, quia in æternum fundasti ea.*

Quòd autem *omnes tua via sint veritas*, & quidem *æterna*, jam indè à primo tempore, quo cœpi intendere in mandata tua, cognovi ex ipsis, dum ea attentè considerarem, quia sunt *æternæ veritatis*, & planè immutabilia, & indispensabilia.

RES.

ŷ. 153. *Vide humilitatem meam, & eripe me quia legem tuam non sum oblitus.*

ŷ. 154. *Judica judicium meum, & redime mōs propter eloquium tuum vivifica me.*

In

In hoc octonari
e ab inimicis,
pus, quem ten
tionem legis pe
fitionem, & t
vi legem non t
post tēgum m
& custodire de
pias me à tenta
me, quod per
ca igitur causal
dicariam tēto
rum meorum
sti de pramiis
Vivifica me; vi
gloria tuo temp
ŷ. 155. Longe
rationes tuas non
Dixi: Vivifica
lior; Scio enim
lutem, quia le
tationes, pecca
m superbiendo
num nunquam ac
tari peccatores
nam absunt t

In hoc octonario iterum orat pro liberatione ab inimicis, seu dæmonibus, seu hominibus, qui eum tentationibus suis ad prævaricationem legis pertrahere nitebantur. *Vide afflictionem, & tribulationem meam: & quamvis legem non perfectè custodiam, tamen non post tergum meum rejeci, sed recogito eam, & custodire defidero; ideo æquum est, ut eripias me à tentantibus inimicis, & perficias in me, quod per gratiam tuam cœpisti. Judica igitur causam meam, & redime me per judiciariam sententiam tuam de manu inimicorum meorum: propter legem, quam statuisti de præmiis bonorum, & pœnis malorum. Vivifica me; vitam gratiæ augendo, & vitam gloriæ suo tempore largiendo.*

✱ 155. *Longè à peccatoribus salus, quia justificationes tuas non exquisierunt.*

Dixi: Vivifica me, quia legem tuam non sum oblitus: Scio enim longè esse à peccatoribus salutem, quia leges tuas non exquisierunt. Dæmones, peccatores per antonomasiam, legem superbiendò contempserunt, & à salute, quam nunquam acquirere, absunt longissimè: ceteri peccatores à salute tantùm absunt, quantum absunt à lege Dei exquirendâ: nec enim

enim frustra dictum est : *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Matth. 19.

ψ. 156. *Misericordia tua multa Domine : secundum judicium tuum vivifica me.*

Licet severissimè punias eos, à quibus longè fecisti salutem tuam : tamen multæ sunt etiam misericordiæ tuæ ; ideo peto, ut *secundum judicium tuum*, quo misericorditer judicas eos, qui faciunt misericordiam, & qui diligunt legem tuam, vivifices me.

ψ. 157. *Multi qui persequuntur me, & tribulant me, à testimoniis tuis non declinavi.*

Ideo peto, ut vivifices me, quia multi sunt hostes mei visibiles, & plures invisibiles, qui me mortificare contendunt : & tamen ego gratiâ tuâ adjutus, à præceptis tuis, quæ sunt quasi rectissima via, *non declinavi*, nec ad dexteram, nec ad sinistram.

ψ. 158. *Vidi prævaricantes, & tabescebam : quia eloquia tua non custodierunt.*

Ostendit verum spiritum charitatis, quia non tam molestè ferebat persecutores ob propriam afflictionem, quàm ob injuriam Dei.

ψ. 159. *Vide, quoniam mandata tua dilexi Domine, in misericordia tua vivifica me.*

Ego videns prævaricantes, tabescebam ; æquum est, ut tu videns me diligentem mandata

data

data tua, misericorditer me vivifices.

ŷ. 260. *Principium verborum tuorum veritas, in aeternum omnia judicia justitiae tuae.*

Dupliciter hic ŷ. exponitur: primò: verba tua procedunt à veritate, ut à suo principio, & ideo verissima sunt, & in aeternum manent *judicia justitiae tuae*, ut pios maneat præmium, impios pœna. Ita S. Aug. secundò: Quando cœpisti loqui cum Adamo, prohibens sub pœnâ mortis esum ligni scientiæ boni, & mali, *principium verborum tuorum veritas*, h. e. verissimum fuit; & *judicia justitiae tuae*, quibus peccata tunc punire cœpisti, sempiterna sunt, ita S. Euthymius,

Scin. Pars 3. Psalmi ad Nonam.

ŷ. 161. *Principes persecuti sunt me gratis & à verbis tuis formidavit cor meum.*

In hoc octonario docet constantiam suam in servandâ lege Domini, & desiderium cavendi ab omni prævaricatione. *Principes*, Saul Rex, Isboset Saulis filius, Absalon filius meus, sinè ullâ causâ *me persecuti sunt*, reddentes mala pro bonis: ego tamen tantis tentationibus non succubui, ut eis nocerem, sed *timens mandata tua*, semel, atque iterum Sauli *perci*, & mortem Isboseth ultus fui, & Absalonem *deflevi*, reddens bona pro malis.

ŷ. 162.

ψ. 162. *Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa.*

Non solum timui à verbis tuis, sed ea etiam dilexi; & ideo lætabor *super eloquia tua*, cum erit occasio illa implendi, sicut lætatur, qui, peracto prælio, invenit multa spolia hostium devictorum. Utitur hoc simili David, quia erat vir bellicosus, & præliis assuetus.

ψ. 163. *Iniquitatem odio habui, & abominatus sum, legem autem tuam dilexi.*

Iterum repetit amorem suum erga legem Divinam, & odium erga iniquitatem, quod est manifestum judicium amoris in legislatorem.

ψ. 164. *Septies in die laudem dixi tibi, super judicia justitiæ tuæ.*

Et hoc est amoris signum, sine intermissione Deum laudare, quod judicia ejus justissima sint, & leges ipsius summam justitiam in se contineant. *Septies* idem est, ac sæpius, quo sensu dicitur: *Septies in die cadit justus.*

ψ. 165. *Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.*

Magna, & verissima laus est dilectionis legis Divinæ; nam qui diligit legem, diligit Deum, & omnia in Deo; unde ex suâ parte cum omnibus pacem habet: & cum ipsi omnia

nia

cooperentur
recte: nec scandal
one curat ad Pa
ψ. 166. *Exspecta*
mandata tua dil
Induit persona
luciam: *Exspecta*
ate est. Et a
tua dilexi.
ψ. 167. *Castitatem*
dilexi ea vehementer
In eadem per
latur, se mandata
amavit.
ψ. 168. *Servavit*
quia omnes
herum in perso
mandata, & te
motivo, quod
ope quicquid
num, sciens,
vere.
ψ. 169. *Appropinqua*
tuam Domine;
lectam.
huc ultimo oc

nia cooperantur in bonum, nemo ei nocere potest: nec scandalum est ipsi, cum sine offensione currat ad Patriam.

ψ. 166. *Expectabam salutare tuum Domine, & mandata tua dilexi.*

Induit personam perfectorum, & ideo cum fiducia ait: *Expectabam salutem æternam, quæ à te est.* Et addit rationem: quia *mandata tua dilexi.*

ψ. 167. *Custodivit anima mea testimonia tua, & dilexit ea vehementer.*

In eadem personâ perfecti loquitur, & testatur, se mandata servasse, quia ea vehementer amavit.

ψ. 168. *Servavi mandata tua, & testimonia tua, quia omnes vix mea in conspectu tuo.*

Iterum in personâ perfectorum ait, se omnia mandata, & testimonia servasse, sed ex alio motivo, quod proprium est perfectorum; nempe quidquid agebam, in conspectu tuo agebam, sciens, & cogitans, te omnia conspicerem.

TAU.

ψ. 169. *Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: juxta eloquium tuum da mihi intellectum.*

In hoc ultimo octonario concluditur Psalmus

M

mus

novi

mus oratione ad Deum pro gratiâ, & salute sapius petiâ. Deprecatio mea, quæ suis meritis non confidit, elevetur, & ascendat aspirante gratiâ tuâ, & appropinquet tibi, ita ut eam propiùs aspicere, & admittere digneris. Et materia orationis est: juxta promissum tuum, da mihi intelligere mandata tua eo modo, quo intelligunt, qui ea opere implent, & implendo ad vitam perveniunt.

Ps. 170. *Intret postulatio mea in conspectu tuo, secundum eloquium tuum eripe me.*

Idem aliter repetit. Illud, *eripe me*, significat finem, cur petierit intellectum sibi dari, qui finis illuminationis est liberatio à peccatis

Ps. 171. *Eruent labia mea hymnum, cum docueris me justificationes tuas.*

Promittit gratiarum actionem, si obtinuerit gratiam tam sæpe imploratam. Cum *docueris me justificationes tuas*, ita ut, gratiâ tuâ illuminante, & juvante, perficiam mandata tua, tunc ex plenitudine lætitiæ interioris, & agnitione magni hujus beneficii, *eruent labia mea hymnum* laudis, & gratiarum actionis: nam ructus ex repletionem oritur, & *ex abundantia cordis os loquitur.*

Ps. 172. *Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum, quia omnia mandata tua equitas.*

Non

Non solum ut se
am doctorum he
mandatorum Dei.
opta tua, & docet
loque equum et
time observatu
v. 173. *Fiat ma
in mandata tua et
Pergit in oratio
m, quæ est finis
otentia, & sapien
uniam mandata
ia ratio, cur pra
v. 174. *Concup
tua meditatio me
ideo cantopere
omnibus delict
berium homin
delideria non h
subodiendâ san
nd me semper e
v. 175. *Vocet ani
viana adjuvatum
Vocet anima mea,
merit, & tunc
are te: & trans
mont me, ut alit***

Non solum ait se laudaturum Deum, sed etiam docturum homines, quanta sit æquitas mandatorum Dei. Loquar hominibus præcepta tua, & docebo, quòd æquissima sint, Ideoque æquum esse, ut ab omnibus diligentissime observentur.

ψ. 173. *Fiat manus tua, ut salvet me: quoniam mandata tua elegi.*

Pergit in oratione, & petit æternam salutem, quæ est finis mandatorum. *Fiat*, seu sit potentia, & sapientia tua ad me salvandum: *quoniam mandata tua elegi*; atque hæc est optima ratio, cur prætendat salutem. *Vide ψ. 155.*

ψ. 174. *Concupivi salutare tuum Domine; & lex tua meditatio mea est.*

Ideo tantopere peto salutem, quia illam præ omnibus desideratis concupivi, cum sola desiderium hominis implere possit. Et cum sola desideria non sufficiant, subjungit: de lege custodiendâ semper cogito, & in eâ custodiendâ me semper exerceo.

ψ. 175. *Vivet anima mea, & laudabis me; & judicia tua adjuvabunt me.*

Vivet anima mea, cum salutem concupitam obtinuerit, & tunc solum ejus negotium erit, laudare te: & mandata tua à me custodita adjuvabunt me, ut aliquando etiam corpore vi-

vam, cùm resurrexero in resurrectionem vi-
ta.

ψ. 176. *Erravi sicut ovis, quæ periit, quere
servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.*

Erravi enim à patriâ expulsus, & adhuc ex-
ul erro ob culpam parentis primi : & erravi,
sicut ovis, quæ seducta periit, non sicut Dia-
bolus, leo rugiens, qui ex malitiâ cecidit.
Quere ergo servum tuum : licet enim ex parte
quæsieris, & inveneris, quatenus animam
reconciliasti Deo ; tamen adhuc quærenda est
ovis perdita, quatenus expectat redemptio-
nem corporis sui, ut tota ad montes cælestes,
& uberrima pascua, ubi relictæ sunt nonaginta
novem, quæ non errarunt, perducatur,
confidenter autem peto salutem animæ, &
corporis, *quia mandata tua non sum oblitus.*

PSALMUS CXIX.

Titulus, & argumentum : *Canticum gra-
duum.*

*Psalmi 15. proximè sequentes, hunc titulum
preferunt : totidem scilicet. erant gradus, quibus as-
cendebatur ad templum Salomonis. Hi gradus fi-
gura fuerunt ascensionis Electorum, qui per gradus
virtutum, ac præcipuè charitatis, ascendunt de
valle lacrimarum ad cælestem Jerusalem.*

ψ. 1.

ψ. 1. *Al Domine
exandroit me.*

Loquitur de tribu
negis dolosus. Ego
si ad auxilium hon
ne ad Dominum
dicit me.

ψ. 2. *Domine
quis, & à lingua*

Docet, quid or
ne libera animam
referunt detract
&c. & à lingua d
ptionis, adulat
ita. Dicit anima
us verbis lædi et
m.

ψ. 3. *Quid derur
ingram dolosam &
bucat gravitatis
no, à qua petiv
aut addi posse
i. Illud tibi ocio
mici.*

ψ. 4. *Agitta pota
dicitur.*

Haec sunt simili do

Y. 1. *Ad Dominum cum tribularer, clamavi, & exaudivit me.*

Loquitur de tribulatione, quam passus est à linguis dolosis. Ego cum tribularer, non respondi ad auxilium hominum, sed clamavi in oratione ad Dominum, & ille pro sua pietate exaudivit me.

Y. 2. *Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à linguâ dolosa.*

Docet, quid oraverit clamando. Dixi, Domine libera animam meam à labiis iniquis, quæ proferunt detractiones, convicia, calumnias &c. & à linguâ dolosâ, quæ profert verba deceptionis, adulatoria, simulatoria, fraudulenta. Dicit animam meam pro me; vel vult à talibus verbis lædi animam inductione ad peccatum.

Y. 3. *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?*

Indicat gravitatem mali, quod est lingua dolosa, à quâ petiit liberari. Quid enim mali dari, aut addi posset supra malum linguæ dolosæ? Illud tibi otiosum esse videtur ex phrasi Hebraicâ.

Y. 4. *Sagittæ potentis acuta, cum carbonibus desolatoriis.*

Eleganti simili docet, quale malum sit lin-

gua dolosa, nempe non esse qualescunque sagittas, sed *potentis*, h. e. à robustâ manu cum impetu emissas, ab artifice bene politas, & acutas, demum adeò ignitas, ut quidvis desolari, & vastare possint, ut sunt fulgura cælestia, quæ ab omnipotenti manu mittuntur. Igitur talia sunt verba dolosa, præsertim si sint instrumenta Diaboli ad occidendas animas, quæ Ephes. 6. vocantur *Tela nequissimi ignea*.

✠. 5. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est; habitavi cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea.*

Ex occasione tanti mali, & tam frequentis suspirat ad patriam, & sic ex corde cantat canticum ascensionis. Heu mihi! nimis longæ est præsens vita, in quâ peregrinor à Deo; nec mirum: habitavi enim hucusque cum barbaris, & efferatis gentibus, quæ non habitant in urbibus, sed in tentoriis, iisque nigris, & rusticis, quales sunt Arabes: nimis longus fuit incolatus meus in terrâ alienâ, *Cedar*, hebraicum; latinè significat *nigredinem zenebras*.

✠. 6. *Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.*

Ideo malum est tamdiu peregrinari, quia
quia

quia ego, qui nihil diligo magis, quam pacem, habitavi cum mihi dissimilibus, cum perversis, & adeò injustis, ut non solum cum hostibus, sed etiam cum amicis belligerare soleant: & si fortè loqui de pace incipiebam ad illos, ipsi sinè ullâ causâ magis me impugnabant.

Psalmus omnibus electis convenit, sed præcipuè capiti electorum Christo, quatenus viator erat in carne passibili. Verè clamavit ad Dominum, pernoctans in oratione Dei, in horto, demum in cruce; & verissimè exauditus est, cum exaltaverit illum Deus, dando nomen super omne nomen. Verè, ut patet ex Evangelio, passus est *labia iniqua, & linguas dolosas*. Verissimè *incolatus ejus prolongatus est*, cum dixerit: *generatio adultera, & incredula, quamdiu apud vos ero, quamdiu vos patiar?* Et licèt ipse lux esset, & habitaret in lumine, tamen *cum habitantibus cedar* visus est, & inter eos conversatus. Verè cum iis, qui oderant pacem, erat pacificus, quia *cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur*: & cum loqueretur illis de pace, de charitate, de Regno Dei, ipsi contrâ eum impugnabant sinè ulla causâ: *odio habuerunt me gratis*, Joan. 15.

Titulus : *Canticum graduum.*

Argumentum : *secundus Psalmus ex gradualibus consolatur peregrinos, ascendentes in Jerusalem, promittens perpetuam Dei custodiam. Ac primum loquitur Propheta in personâ peregrini: deinde loquitur in personâ propriâ, & consolatur peregrinum.*

ψ. 1. *Levavi oculos meos in montes: unde veniet auxilium mihi.*

Peregrini nihil frequentius aspiciunt, quam locum, ad quem tendunt, si conspici possit; sin minus, locum aliquem viciniorem; accepta inde consolatio vires addit ad iter. Et quia terrena Jerusalem in montibus erat, & cælestis Jerusalem supra omnes cælos est, ideo peregrinus sive umbraticus, sive verus ait: *Levavi oculos meos in montes.* Ubi sedet civitas sancta, unde veniet mihi auxilium consolationis.

ψ. 2. *Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum, & terram.*

Docet peregrinus, se non expectare auxilium à montibus, ad quos oculos levavit, sed ab eo, qui præsidet S. Civitati in montibus positæ: & verum Deum describit per opus creationis.

ψ. 3.

ψ. 3. Non de in
 que dormiet, qui
 Loquitur David
 pndet peregrino.

in levati in monte
 tus in via occur
 rebasti; opto tibi
 in via, sed robo
 curia ad patriam
 x rogo, ut Pater
 dormiet h.e. non l

ψ. 4. Ecce non
 ostendit Israel.

Promittit pere
 xerita. Oro, ut

ostendendum sit: c
 dormit, qui custod

impeccabilem, l
 in peregrinante

scendere festinan
 unde claudere,

modo somno trade
 ψ. 5. Dominus c

u super manum dex
 ψ. 6. Per diem sol

stiam.
 Abit nunc alian

ψ. 3. *Non det in commotionem pedem tuum,
neque dormitet, qui custodit te.*

Loquitur David in personâ propriâ. & respondet peregrino. Bene, & sapienter oculos levasti in montes, &, prætermiſſis vanitatibus in viâ occurrentibus, à Deo opem expectaſti; opto tibi, ut Deus non ſinat te labi in viâ, ſed roboret pedes tuos, ut ſtabiles in curſu ad patriam perſeuerent: opto etiam & rogo, ut Pater, qui eſt cuſtos tuus, non dormitet h.e. non ſinat commoveri pedes tuos.

ψ. 4. *Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel.*

Promittit peregrino impetrationem gratiæ petitiæ. Oro, ut Pater non dormitet, qui te cuſtodiendum ſuſcepit: nam nec dormitat, nec dormit, qui *cuſtodit Israel*, h. e. populum ſuum peculiarem, ſeu quemlibet in hoc Mundo peregrinantem, & ad patriam cæleſtem aſcendere feſtinantem. *Dormitare* eſt oculos ſubinde claudere, & aperire; *dormire* ſe profundo ſomno tradere.

ψ. 5. *Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.*

ψ. 6. *Per diem sol non uret te, neque luna per noctem.*

Addit nunc aliam conſolationem. Domi-

nus non solum custodit Israelem, seu populum suum universè, sed & te in particulari, quia tibi erit *protectio*, hebraicè umbraculum, quod manu dextera tenere, & te totum tegere poterit, ne sol urat te per diem, nec luna per noctem. Hæ metaphora significant gratiam Dei, peregrinum custodientem tempore prosperitatis, & adversitatis: nec enim minùs lædere solet in hac viâ dies prosperitatis, quàm nox adversitatis.

ψ. 7. *Dominus custodit te ab omni mala. custodiat animam tuam Dominus.*

Addit aliam consolationem, eamque generalem. Non solum Dominus custodiet te, ne cadas, & ne fatigeris; sed ab omni alio malo, quod in via occurrere possit, te proteget, ut vita tua incolumis omnino toto in itinere conservetur.

ψ. 8. *Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum ex hoc nunc, & usque in seculum.*

Concludit addendo ultimam, & optatissimam consolationem. Non solum Dominus in aliquâ parte itineris, sed in toto itinere te semper custodiet.

PSALMUS CXXI.

Titulus, & argumentum: *Canticum graduum.*

Tertius

Tertius: Psalmus
idem, & nobili-
em, ad quam reve-
plonice capere ut au-
tationis, & al-
rosalem. In que
nate, & de pereg-
primaria intent-
nem sine dubio ait
ψ. 1. *Latus* fa-
ti in domum Dom-
Verba sunt por-
te optimo nunti-
ariam, ubi, tem-
sum ingredi in do-
ni fuerunt. *Jerem-*
therias. Sed opti-
mum ineffabili lærit-
quam bonum sic in-
velle civem Sanc-
ψ. 2. *Santes* era-
idem,
Explicat, cur
i patriam: Quo-
temporis, quo era-
nem, & videram
nobis in Jerusale

Tertius Psalmus gradualis describit pulcritudinem, & nobilitatem civitatis S. Jerusalem, ad quam reverti cupiebant Hebraei ex Babylonica captivitate: sed hac figura erant peregrinationis, & ascensionis nostra ad caelestem Jerusalem. Itaque totus Psalmus de utrâque civitate, & de peregrinis utrisque intelligi debet sed primaria intentio Spiritûs S. ad primum finem sine dubio dirigitur.

v. 1. Latatus sum in his, quae dicta sunt mihi in domum Domini ibimus.

Verba sunt populi Dei, qui lætari se dicit de optimo nuntio accepto reversionis in patriam, ubi, templo reædificato, dabitur rursus ingredi in domum Domini. Tales nuntii fuerunt Jeremias, Daniel, Aggæus, Zacharias. Sed optimus nuntius Christus fuit, qui ineffabili lætitiâ replet eos, qui didicerunt quàm bonum sit in domum Domini ire, & in eâ esse civem Sanctorum, & domesticum Dei.

v. 2. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Jerusalem.

Explicat, cur Hebræi lætentur de reditu in patriam: Quoniam recordabamur ejus temporis, quo eramus in patriâ ante captivitatem, & videramus pulcritudinem, & magnitudinem Jerusalem: scribit enim Esdras L.

in iherusalem, tempore
 & te in patria,
 ebraei umbraculo
 ere, & te totum ex
 ter dicit, nec lunape
 urz significat gratiam
 dentem tempore pro
 nec enim minulo
 prosperitatis, quam
 te ab omni malo, capite
 us.
 iorem, eimque ge
 domus cultodicta,
 sed ab omni alio mo
 possit, te proteget,
 nimo vero in itinere
 et introitum tuum, &
 & usque in Jerusalem
 limam, & operati
 son solum Dominus
 sed in ipso itinere
 CXXI.
 titulus: Cantica per
 Titus

I. c. 3. Multos ex captivis rediisse, qui antea fuerant in urbe. Et nos recordamur temporis illius, quo eramus in Adamo in Paradiso terrestri, qui est atrium paradisi cælestis: & ex bonis illis conjecturam facimus de bonis longè melioribus, quæ nobis in ipsâ domo Domini conservantur.

¶ 3. *Jerusalem, quæ ædificatur, ut civitas, cujus participatio ejus in idipsum.*

Incipit in personâ peregrinorum laudare Jerusalem. Prima laus est à charitate incolarum. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Jerusalem, quæ ita ædificata est, & quotidie magis, ac magis ædificatur, ut sit civitas, quæ simul, & communiter participatur ab omnibus, h. e. ubi omnia omnibus sunt communia. Verum cælestis Jerusalem verè ædificatur ut civitas, dum quotidie lapides vivi à summo artifice expoliuntur, & conquadrantur cælesti habitaculi ædificationi; unde qui hæc intelligunt, non modò persecutiones æquè ferunt, sed & cum gaudio. Demum in cælo summa est participatio in id ipsum: idem enim Deus omnibus est & honor, & divitiæ, & delicia &c.

¶ 4. *Illuc enim ascenderunt tribus tribus Domini; testimonium Israel, ad consistendum nomini Domini.*

Al-

Altera laus urbi
per annos singulos
gem Israel daram
tribus ad templum
micum erat in ti
sedant, ut confi
sionem laudis,
ero sensu: Ideo
ur civitas, quia il
linctæ ex omni ut
pides vivi superæ
es, ut confiteant
est totum, quod
cate, cessantibus
hoc est præceptum
videnti Deum, t
que nunquam cet
¶ 5. *Quia illic
per domum David*
Tertia laus urbi
supremum tribu
dum omnem qu
tam, quia illic
ex domo, seu fat
tum est judicare p
tribularem sedem
in cælo cum

Altera laus urbis à frequentia populi. Ter per annos singulos, juxta *testimonium*, seu legem *Israeli* datam, *tribus, tribus*, h. e. omnes tribus ad templum Hierosolymitanum, quod unicum erat in tota terra promissionis, con-
 giebant, ut confiterentur *nomini Domini* confessionem laudis, & gratiarum actionis. Altero sensu: Ideo *Jerusalem* caelestis *adificatur ut civitas*, quia illuc jam ascenderunt animae sanctae ex omni tribu, & natione, ut velut lapides vivi superaedificentur in domos spirituales, ut confiteantur *nomini Domini*, quia hoc est totum, quod agitur in illa domo, & civitate, cessantibus omnibus negotiis aliis: & hoc est praeceptum datum *Israeli*, h. e. animae videnti Deum, ut nunquam cesset à laude, quae nunquam cessat ab amore.

¶ 5. *Quia illic sederunt sedes in judicio, sedes super domum David.*

Tertia laus urbis, quod illic sit sedes regia, & supremum tribunal. Ideo Deus voluit, populum omnem quotannis venire Jerosolymam, quia *illic Reges*, qui nascebantur ex domo, seu familia David, quorum proprium est judicare populum, stabilem, ac immutabilem sedem habuerunt. Altiori sensu Sancti in caelo cum Christo regnantes sedent

in iudicio, ceu iudicaturi duodecim tribus Israel: & hæ sedes sunt super domum David fundatæ, quia omnis Sanctorum potestas, & Regia, & iudiciaria à Christo dependet, qui est Filius David, & accepit sedem David patris sui, & regnabit in domo Jacob in æternum.

¶ 6. *Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem, & abundantia diligentibus te.*

Hortatur peregrinos de captivitate revertentes, ut salutent saltem à longè urbem & bene ei precentur. Precamini patriæ vestræ veram, & solidam pacem, & ut sit abundantia non solum urbi, sed omnibus diligentibus te, Sancta Civitas. Si abundantia cum pace jungitur, nihil deest ad statum urbis felicissimæ.

¶ 7. *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.*

Cùm salutatis Jerusalem, dicite: *Fiat pax in muris tuis fortissimis: dum enim muri non oppugnantur ab hostibus, tota urbs in pace est. Et fiat abundantia in domibus tuis: harum præcipuæ, ut patiatia, turritæ erant.*

¶ 8. *Propter fratres meos, & proximos meos loquebar pacem de te.*

¶ 9. *Propter domum Domini Dei nostri quaesivi bona tibi.*

Con-

Concludit bre-
tem civium sancti-
monicos suos agnos-
tem Dei condito-
ribus, vel domus
de bona urbi pre-
PSAL

Titulus. Canti-
Argumentum
tum hominis peri-
m. & in exilio, ve-
¶ 1. Ad te leva-
dis.

Loquitur cum
propria, qui unus
is, se in omni pret-
torem Deum: i-
tio, unde omnia
remur: ipse est, e-
re potest quiqua-
pere.

¶ 2. Ecce sicut oc-
cursum suorum.

¶ 3. Sicut oculi an-
geli nostri ad Do-
minum nostrum.

Explicat familiam

Concludit breviter explicando, ob amorem civium sanctæ urbis, quos fratres, & amicos suos agnoscit, & multò magis ob amorem Dei conditoris, & habitatoris ejusdem urbis, vel domûs, se impulsus fuisse, ut dicta bona urbi precaretur.

PSALMUS CXXII.

Titulus. *Canticum graduum.*

Argumentum: *Psalmus continet orationem hominis peregrinantis ad caelestem Jerusalem, & in exilio, vel itinere pressuram patientis.*

v. 1. Ad te levavi oculos meos, qui habitas in caelis.

Loquitur tum in personâ peregrini, tum propriâ, qui unus erat ex veris peregrinis, & ait, se in omni pressurâ respicere ad solum adjutorem Deum: hic solus habitat in summo caelo, unde omnia inferiora conspicit, & moderatur: ipse est, qui per malos nos flagellat; nec potest quisquam alius nos de manu Dei eripere.

v. 2. Ecce sicut oculi servorum in manibus Dominorum suorum.

v. 3. Sicut oculi ancilla in manibus dominae suae, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

Explicat similitudine, cur oculos ad Deum levave-

levave-

vaverit, ut nempe respiciat Deum flagellantem, ut aspectu mirabili ad misericordiam commotus flagellare desinat: uti dum cæduntur servi à Dominis, respiciunt mæsti ad manus cædentium, ipso aspectu quasi petentes, ut miserti ipsorum cessent à plagis. Porrò flagella Dei non tantum sunt manifestæ persecutiones, & calamitates, sed & tentationes occultæ, quibus anima vexatur assiduè; item timores, tristitiæ &c., quibus nemo caret, dum vivit; unde illud, *donec misereatur nostrî, non fiet, nisi cùm ad patriam venerimus.*

ψ. 4. *Miserere nostrî Domine, miserere nostrî, quia multum repleti sumus despectione.*

Non oculis tantum, sed & voce cordis, ac corporis implorat misericordiam pro se, & pro sociis peregrinationis. Addit rationem: quia non tantum despiciamur, seu vexamur, sed etiam *repleti sumus despectione*: vexamur nempe à dæmonibus, pravis hominibus, ab animalibus etiam minimis, & ab ipsis elementis.

ψ. 5. *Quoniam multum repleta est anima nostra opprobrium abundantibus, & despectio superbis.*

Docet, contemptum, ac despectionem, cujus jam meminerat, accidere pauperibus, & humilibus peregrinis ab hominibus divitibus,

us, ac superbis.
mus opprobrium a
PSALM

Titulus: Cantus
Argumenti
gravissimis tribu
ipsum sunt israeli
tate, vel dum i
medificarent, vi
meritum ad spir
tuum, ad celeste
denus referendus
non, aliorumque
sunt SS. Marty
liberantur.

17. Neiquia D
nos Israel, nisi q
tomo imperfect
è, interruptus,
Dicit igitur m
quis tentationibu
ni omnipotens i
merdere potuiss
2. Cum exurgeret
legatissent nos.

13. Cum irasceret
in aqua abstergeret n

bus, ac superbis. Quoniam multum &c., facti sumus opprobrium abundantibus &c.

PSALMUS CXXIII.

Titulus : Canticum graduum.

Argumentum est exultatio eorum, qui de gravissimis tribulationibus liberati fuerant, ut passi sunt israelitæ, vel dum essent in captivitate, vel dum templum, & civitatem iterum edificarent, vide Esdras l. 1. & 2. Quantum pertinet ad spirituales Israelitas, seu Christianos, ad caelestem Jerusalem ascendentes, Psalmus referendus est ad persecutiones Paganorum, aliorumque impiorum, à quibus liberati sunt SS. Martyres, & electi ceteri quotidie liberantur.

ψ. 1. Nisi quia Dominus erat in nobis, dicit nunc Israel, nisi quia Dominus erat in nobis.

Sermo imperfectus, & per illud, dicit nunc Israel, interruptus, signum est insolitæ lætitiæ. Dicit igitur multitudo Sanctorum de magnis tentationibus liberatorum. Nisi Dominus omnipotens nobiscum fuisset, nunquam evadere potuissemus.

ψ. 2. Cum exurgerent homines in nos, forte vos deglutissent nos.

ψ. 3. Cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos.

N

Ecce

refpicit Deum flagrantem
irabilem ad misericordiam
delincent: un dum cre-
refpicimus nostri actus
lo aspectu quia potens
relent a plaga. Puro ha-
niam manifestat peccato-
es, sed et tentationes ve-
vatur alludit; utrius-
quibus nemo caret, dum
ut misericordiam, cum
triam venerimus.
ri Dominus, misericordiam
ma de peccatione.
y, sed et voce cordis, ac
sericordiam pro te, &
nohis, Adhuc rationem
ipicimus, seu veniam,
us de peccatione: veniam
s, peccatis hominibus, ad
minimus, & ab ipis elen-

Ecce quid accidisset nobis, nisi Dominus potentissimâ suâ virtute iuvisset nos. Cùm nostri persecutores exurgerent adversùs nos, periculum fuit, ne tantâ velocitate nos perderent, quantâ solet mare, vel flumen deglutire eos, qui in illud fortè præcipitantur. *ψ.* 3. idem aliis verbis repetit.

ψ. 4. *Torrentem pertransiit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.*

Pergit in eâdem similitudine, & ait in personâ Sanctorum: persecutionem, quasi torrentem, *pertransiit anima nostra*: caro enim succubuit, & cessit persecutorum furori, sed anima gloriosè pertransiit. Sed nisi Dominus fuisset in nobis, intrasset forsitan torrentem nimis profundum, unde evadere non potuisset. Licèt SS. Martyres, & Confessores gloriosè superarint persecutiones, tentationes Paganorum, Hæreticorum, Dæmonum, quot tamen victi perierunt? lege *Cypr. serm. de lapsis.*

ψ. 5. *Benedictus Deus, qui non dedit nos in captivionem dentibus eorum.*

ψ. 6. *Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus.*

Ad extollendam magnitudinem beneficii Divini addit aliam similitudinem. Deo gratiæ

se agende,
verlaris capi,
tra incidit qui
tionem, lic
um accipis:
tatione, & pe
tur à tentator
quando laque
tequam ab au
cidatur, & m
quia tentation
tu est, anteq
alio modo in
loque laqueu
volat, ac spe
ψ. 7. *Adjun
qui fuit calum
Concludit
nolens, victo
ie tam pericu
lis tribuenda
omnipotentis
tum est argum
terram.*

PS

Tribus: Ca
Argume
tis, dependentibus

uæ agenda, quod non permiserit nos ab ad-
 versariis capi, occidi, ac devorari: anima no-
 stra incidit quidem in persecutionem, & ten-
 tationem, sicut passer, vel alia avis in laque-
 um aucupis: sed tamen liberata est ab illâ ten-
 tatione, & persecutione, antequam capere-
 tur à tentatore, & occideretur: ut avis ali-
 quando laqueo capitur, sed eripitur inde, an-
 tequam ab aucupe capiatur manibus, & oc-
 cidatur, & manducetur. Id autem factum est,
 quia tentationi per gratiam Dei finis imposi-
 tus est, antequam anima fidem negaret, vel
 alio modo in peccatum consentiret: ut quan-
 doque laqueus frangitur, & avis comprehensa
 avolat, ac spem aucupis inhiantis frustratur.

ψ. 7. *Adjutorium nostrum in nomine Domini,
 qui fecit cælum, & terram.*

Concludit cum laude Dei, humiliter ag-
 noscens, victoriam tantam, & liberationem
 de tam periculosis tentationibus, non viribus
 suis tribuendam, sed adjutorio cælesti Dei
 omnipotentis: cujus omnipotentia manifestum
 est argumentum, quod fecerit cælum, &
 terram.

PSALMUS CXXIV.

Titulus: *Canticum graduum.*

Argumentum: *dat bonum consilium peregrini-
 sis, ascendentibus in patriam, tum terrenam, tum cæ-
 lestem.*

lestem; ut scilicet in Deo totam spem suam ponant. Deus enim, utpote potentissimus, & fidelissimus, nunquam confundet sperantes in se, & ad se toto desiderio properantes.

¶ 1. Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion, non commovebitur in æternum, qui habitat in Jerusalem.

Ponit initio generalem, & certissimam promissionem. Omnes qui verè confidunt in Domino, erunt immobiles, & securi, quæcunque demum ingruat tempestas: sicut immobilis est ipse mons Sion, non solum quia mons est, sed etiam, quia Deo sacer, & charissimus est. Tum idem repetit ad majorem veritatis asseverationem: *Non commovebitur in æternum, qui spe habitat in caelesti Jerusalem.*

¶ 2. Montes in circuitu ejus, & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Explicat dicta: Sion montes habet in circuitu, quasi pro muro; sed qui confidit in Domino, ipsum Dominum omnipotentem habet in circuitu: & montes, qui Sion montem circumdant, complanari possunt, & cadere; sed Dominus in circuitu populi sui est *ex hoc nunc, & usque in sæculum,*

¶ 3. Quia non relinquet Dominus Virgam peccatorum super sortem justorum: ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas.

Idem clariùs explicat. Dabit quidem Dominus aliquando impiis virgam h. e. sceptrum, seu insigne potestatis in hæreditatem justorum, seu in justos, ad eorum probationem, vel exercitationem vel correctionem; sed hæc potestas temporalis est, & transitoria, ne pii, si videant felicitatem iniquorum tam esse diuturnam, ut credi possit nul-

luna

tem finem esse
tam ipsi facer
¶ 4. Bene
Quia dicitur
venit ex ni
convertit se
liberando ne
ut certe pati
terram capit
illius verè esse
non scandaliz
omnia, quæ
pari ut in dicit
¶ 5. Deed
Dominus enim
vel.
Occisione
hanc rylis
instructio
in pericula
neam, ac
ratur, ac n
impis in je
et in uno, fi
legatis om
vera, & se
populorum De

Tertius
Argu
de receptone
e conser
Spiritus

lum finem esse habitura, desperantes incipiant etiam ipsi facere opera impiorum.

ψ. 4. *Benefac Domine bonis, & rectis corde.*

Quia dixerat, periculum esse, ne iusti scandalizarentur ex nimis diuturnâ potestate iniquorum, convertit se ad Deum, & orat: *Benefac bonis*, liberando nempe eos citò à potestate impiorum, aut certè patientiam illis, & consolationem internam copiosè suppeditando: & simul admonet illos verè esse bonos, qui sunt *recti corde*, h. e. non scandalizantur de iudiciis Dei; sed approbant omnia, quæ Deus facit, licèt sinat impios dominari ut ùe diuturno tempore.

ψ. 5. *Declinantes autem in obligationes, adduce Dominus cum operantibus iniquitatem, pax super Israel.*

Occasione ultimi verbi ψ. 4., quo bona optabantur *rectis corde*, subiungit, eos, qui declinant à rectitudine ad tortuositatem, seu obliquitatem, & in persecutione, vel tribulatione perdunt sustentiam, ac vel fidem negant, vel de Deo conqueruntur, ac murmurant, cum ipsis persecutoribus; & impiis in iudicium adducendos. Quia qui *offendit in uno, factus est omnium reus*: & tum demum separatis omnibus malis de medio bonorum, pax vera, & sempiterna erit *super Israel*, h. e. super populum Dei.

PSALMUS CXXV.

Titulus: *Canticum graduum.*

Argumentum: *Psalmus apertissimè loquitur de reversione à captivitate, & ascensione ad patriam, & convenit propriè in tempus illud, quod decretum Cyri de solvendâ captivitate Judæorum primum promul-*

mulgatum est : quod quidem figura fuit Evangelii, quo nobis annuntiata est remissio peccatorum, & ascensio ad caelestem Jerusalem.

ψ. 1. *In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati.*

Græca hîc ad literam redduntur latinè, & ideo locutio est minùs latina. Cùm primùm auditum est à nobis decretum relaxationis, & reversionis in patriam, facti sumus ut sunt ii, qui consolationem post magnam tribulationem accipiunt, h. e. hilares, & jucundi ex tristibus, & mœrentibus. Hanc ineffabilem consolationem verè experiuntur, qui serîo convertuntur ad Deum, & contemptâ spe sæculi, atque omnium rerum cupiditate depositâ, dirigunt pedes suos in viam pacis.

ψ. 2. *Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.*

Ex consolatione internâ prodiit lætitiæ externæ. Ubi auditus est bonus nuntius liberationis, facies nostra hilaris, & jucunda apparuit, & lingua nostra prorupit in verba lætitiæ, & jubilationis. Si per os intelligis non *faciem* sed propriè *os*, idem bis ait, & sensus est : repletum est os nostrum lætis vocibus, ac laudibus &c.

ψ. 3. *Tunc dicent inter gentes, Magnificavit Dominus facere cum eis.*

Nuntius bonus hujus liberationis, sicut eos, qui liberati sunt, affectit ingenti lætitiâ, ita etiam alios, qui hoc audierunt, magnâ admiratione replevit, & ideo dixerunt : Magna fecit Deus cum populo Judæorum. Cyrus propriè Hebræos ex tam longâ captivitate liberavit; at omnes facilè intelligebant, id factum Divinò instinctu : nam liberatio

ratio

nio conigit t
tempo post ann
notici imperium
in eodem Deo j
dicare, & popu
lus alius Rex fe
non tantum sim
no onerosos di
um magnam b
bebant.

ψ. 4. Magna
in famo lætitiæ
Approbandi l
Dominus magi
meritum, ac spe
miserabili capti
vitate gemitat
ψ. 5. Comer
terrens in Anst
Quia non itaui
mum disqui eon
ideo qui primi
revertuntur cap
terri alienâ, pl
plena, & velox
tam, quas torre
stante Austro,)
nibus liquefê
plena. Sed mult
prezio necessi
tam pervener
ca, piazini et

ratio contigit tempore per Jeremiam prædicto, nempe post annos 70. & Cyrus ipse Efd. c. 1. agnoscit imperium orbis à Deo cæli sibi tributum, & ab eodem Deo jussum se templum in Jerusalem ædificare, & populum dimittere. Demum, quod nullus alius Rex fecisset, Cyrus tot millia captivorum non tantum sine pretio ullo, sed etiam magnis donis oneratos dimisit. Itaque merito gentes omnes tam magnum beneficium Divinæ providentiæ tribuebant.

Ps. 4. Magnificavit Dominus facere nobiscum, facti sumus latantes.

Approbant liberati, quod gentes dicunt. Verè Dominus magnificè se nobiscum gessit, & præter meritum, ac spem nostram egit nobiscum, de tam miserabili captivitate ad patriam dulcissimam revocando: & facti sumus latantes, qui sub jugo captivitatis gemebamus mœrentes.

Ps. 5. Convertite Domine captivitatem nostram sicut torrens in Austro.

Quia non statim omnes captivi reversi sunt, sed primum aliqui eum Efdrà; deinde alii cum Nehemiâ, ideo qui primi redierant, orant Deum: Fac, ut revertantur captivi nostri, qui adhuc remanent in terrâ alienâ, planè omnes, & quàm citissimè, ut sit plena, & velox reductio, qualis esse solet earum rerum, quas torrens secum abripit, & devolvit, dum, flante Austro, tum pluviis de cælo cadentibus, tum nivibus liquefactis, & de montibus fluentibus impletur. Sed multò magis spiritualibus peregrinis hæc precatio necessaria est; licèt enim jam aliqui ad patriam pervenerint; tamen multi adhuc peregrinantur; plurimi etiam amare cœperunt captivitatem, & affixi

affixi rebus temporalibus, de patriâ nihil cogitant; ideo necesse est, ut Deus, instar torrentis, Austro flante, violenter eos compellat, & quasi cogat ascendere.

ψ. 6. *Qui seminant in lacrimis, in exultatione metent.*

Postquam David rogavit Deum, ut reducat ad patriam omnes captivos, hos exhortatur, ut libenter suscipiant laborem ambulandi, & ascendendi; nec retineantur amore earum rerum, quas in terrâ alienâ possidebant, quia in patriâ suâ multò plura, & meliora invenient. Utitur similitudine seminantis, & metentis. Seminans ordinariè seminat cum dolore, & gemitu, tum quia cogitur triticum suum projicere in terram, nec seit, an unquam illud recuperaturus sit: at tempore mæssis lætatur, dum videt triticum amissum cum fœnore sibi restitui. Spirituales peregrini licèt cum sensu aliquo doloris seminant, h. e. sua inter pauperes distribuunt; paulò tamen pòst in cælesti patriâ cum exultatione metent.

ψ. 7. *Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua.*

ψ. 8. *Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.*

Describit paulò fusiùs, & clariùs morem seminantis, & metentis. Rustici ex domo suâ exeuntes ibant ad agrum, & cum dolore spargebant triticum suum in terram, videntes se privari interim opibus suis non finè dolore quæsitis. Sed postea *venientes* ex agro tempore mæssis, *venient domum cum exultatione*, referentes pro paucis granis integros manipulos spicarum. Neque curavit Propheta similitudinem applicare eleemosynis, quia facile erat unicuique id per se facere.

F I N I S.

nihil cogit;
remis, abho
quasi cogiti-

uatore meo:
in rectorat ad
um, ut libenter
evidendi; nec
s in terra a ho-
llo plura, et
se feminatis,
at cum debi-
m fiam ps-
illud recup-
; dom videt
firi. Spina-
tobis femi-
ne; puzlo re-
ne metent.
f femina in
blatone por-

norem tenui-
fca excurra
baneritum
serim opita
a censeat ca
um cralimo-
so manipulo
militarum
municipal d



